D. GVILIELMI LORICHII.

CELEVSMA, ID EST: EXHORTATIO MVTVI OPERIS,

IN RE ECCLESIASTICA, AD PRESbyteros tam superioris quàm inferioris Capituli Hagnoniensis.

Hebr. X.

Adhortantes inuicem, idq; hoc magis, quòd uidetis adpropinquantem diem.



COLONIÆ,
Apud Maternum Cholinum.
Anno D. M. LXVIII.
Cum gratia & priuilegio Cæsar. Maiestatis.

PIO LECTORI.

CEleuſma hoc in tres partes diuiditur: prima contritioné elicit, vt cognoſcamus iuſta eſſe domini iudicia compuncti corde, proponentes benè agere velle. Secunda pars per confeſsionem, ad miſericordias Domini nos erigit per prophetarum oracula. Tertia ſatisfactionem docet, non aliam quam per lachrymas & humiliationem, perque certamina pij propoſiti, ne relabamur Dei auxilio, vnde clementer ad meliorem vitam reuocamur.

Non dominamur fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri. 1. Cori. 2.

REVERENDIS IN CHRISTO, PIETATE ET INTEGRITATE PRAESTANTISSIMIS

ſimis viris Capituli ſuperioris & infer. Hagnoæ Imperialis Cameræ Deputatis, Sacerdotibus, Dominis & fratribus obſeruandis, M. Guilel. Lorichius Eccleſiaſtes & Archipreſbyter humilis, cum reuerenti obſequio S. D.

DIuina bonitas, in peſtifera lue, clementer nos conſeruauit, fratres, vt mirabilia DEI opera pdicemus amplius, in bonis operibus fructificantes, in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris. Ego in animula prius infirmior cæteris, & in corpore adfligebar ad punctum, vt no uiſtis, ſed qui pius eſt, & multum miſericors, mortem commerenti, vit m

Pſalm 70 71. 138.
Coloſſ. 1.
Zach. 11.

Psal. 117. donauit. Castigans castigauit me Dominus, & amaræ morti non tradidit me: Dextera eius virtutem fecit, & sanauit me, qui propter peccata decubui, hoc fateri oportet, ad laudẽ DEI, & exclamare, Videte quanta fecit ani
Psalm. 70 mæ meæ adulteræ. Misericordia & ve
Psal. 8. 4. ritas obuiauerunt sibi, iusticia & pax
2. Cori. 1. osculatæ sunt. Benedictus DEVS & pater Domini nostri IESV Christi, qui nos in omni adflictione consolatur. Extollo vocem meam cum ipsis qui conualuerunt, glorificans DEVM, authorem vitæ & salutis meæ:
Psa. 4. Cùm inuocarẽ, exaudiuit me DEVS iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi. Nónne de resurgentibus hoc rectè dixero? Clamauerunt ad Dominũ cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos, ergo, *Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia*
Psal. 106. *eius filijs hominum, Eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & uincula eorum disrupit.*

Decem, quos ego noui, presbyteros in

in Domino obdormiuiſſe ſcimus, eos elegit Epiſcopus animarum noſtrarum, vt coronam vitæ acciperēt, quorum vita nobiſcum militia fuit. Quidam ex ipſis laborioſi agricolæ extiterunt, nunc de fructibus in regione viuorum guſtant, ipſos ſuaui proſequamur in ſacrificijs memoria, nos q̄ reſidui ſumus, certi amoris demõſtrationem exhibentes, in hoc quod diligimus fratres. 2. Tim. 2.

Chariſsimi, quoniam & me inopē, pietas domini, de porta mortis reduxit, reliquum vitæ meæ tempus in labore manuum cõſumendum putaui, auxilio ſancti patris, qui me reſtituit: nõ ſolũ ipſe laborabo, ſed & reliquis ad hoc adclamabo, vt in commune faciant, quod debent. Scitis lubricam meam inter vos conuerſationem, vtinam ſeriam aliquādo conuerſionem videatis, quæ non tàm in proprio arbitrio, quàm DEI benigniſsimi ope potiſsimùm eſt ſita. Hinc Dauid pro- Pſal. 106.

Psal.84. pheta vociferatur : Conuerte nos DEVS Salutaris noſter.

Teſtes eſtis vos mihi inter cæteros, quòd imperfectum hoc meum nō ſemel,in lugubri voce coram Deo, ſim conqueſtus, & quod mutuas orationes humili mente,obnixè ſatis, petiuerim,quarum ſanè fructu me non planè fruſtratum animaduerti. Cur ergo vobis ſingulariter notus, vicinus & cooperarius, peculiari ſcripto non gratificarer,cur cognoſcentis & grati animi apud vos ſpecimen non edam? qui & redditæ vitę,& recuperatę ſanitatis exoratores extitiſtis apud DEVM.Simplici idcircò oculo hanc primam linteonis miſeri texturam telamq; aſſumite, & ideo non vileſcat, quod filum videtur fragile, non potui ſolidius texere, pectē meus aliquot amiſit dentes, & radius attritus non benè intricabat. Olim fortè pectine ſarcito plus otij nactus, ſolidiora & meliora dabo, interim ea, quæ

præ

præ manibus ſunt, boni conſulite, & me, quod facitis, precibus veſtris iuuate. Datæ Hagnoæ ex muſæo meo 3. Idus Decembr. Anno 1 5 6 7.

AD SACERDOTES RELIquos noſtri Capituli paraclesis loco argumenti.

Si melior uita eſt cleri, meliora ſequentur Timot. 6.
Auſpicia & pietas triſtia queq; ſecet: Rom. 2.
Eſt pietas quæſtus, pietas aſperrima fata Pſal. 105.
Lenit, & iratum mitigat ipſa DEVM. Matth. 6.
Mercedem quiſquis, ſicut eſt affectus habebit, 10. 20.
Archanum cordis penetrat ipſe DEVS. Hier. 17.
Ergo age confeſtim uitijs indicito bellum, Pſalm. 9.
Cordis contriti fac holocauſta tui, Pſal. 50.
Tunc DEVS *exaudit, prece ſi ſacra oſtia pulſes,* Ioan. 16.
Commiſeransq; tibi cuncta petita dabit. 1. Ioan. 5.
Ioan. 3.

Guil. Lorichij Archipreſbyteri V. Cap. infer.

ACCLAMATIO HORTATORIA AD FRATRES CONFESSIONIS Catholicę, ſacerdotes & cooperarios ſuperioris & inf. Cap. Hagnonieñ.

PARS PRIMA.

MIſericordiarum Domini, q̃ à ſæculo ſunt, memores nos eſſe conuenit, fratres mei, vt tẽpore tribulationis intrepidi contra omnium malorum inſultus conſiſtamus fortes in fide, quæ eſt in Chriſto IESV. Solet enim tunc aduerſarius noſter arietes admouere, vt puſillos deijciat, aut certè ſuo dimoueat loco, quod præuidere oportet, & ante languorem humiliari, vt tunc exaudiat, cum clamauerimus:

Pſalm. 78 Adiuua nos DEVS ſalutaris noſter,
Matt. 8. ſerua nos, perimus. Exaudi nos Domi

ne,

ne, exurge quare obdormis, ne repellas nos in finem, Excita potentiam tuam & veni. Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, non imus inficias. Clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum. Scriptum est: præcedit hunc versum: Quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomē meum.

Psal. 43. *Psal. 144.* *Psal. 90.*

Spes enimuerò de DEI misericordia concepta fideli mente, non fallit nos, nec confundit: arx est munita, si fidei & charitati adhæreat indiuisa, Nullam separationem triplex hic nodus sustinet, si cohæret suo modo, omnium diuitiarum & mundi opum excellunt gloriam, dotes fortunæ superant, immò collatione facta sterquilinium sunt: Fides enim per cognitionē ex auditu nos disciplinæ Christi cō iungit & associat: Spes in amati desyderio & notitia retinet: amica chari-

Rom. 4. 5. 10. *Gala. 5.*

tas in ardore ſpiritus exuſcitat, cōtra inordinata munit, in tentationibus præſidiũ adfert, & omnia hæc ex fonte miſerationum eius, qui huius perfectæ Triadis author eſt domini IESV, illius, inquam, in primis nos pietatē, benignitatem & māſuetudinem prædicare oportet: quod feciſſe conſtat eum, qui clamauit, Miſericordias Domini in æternum cantabo. *Pſal. 105. & 88.*

Vnde enim miſeris, poſt tot peccata & perpetrata ſcelera confidens anim9 niſi ex immenſa Dei benignitate? ad quam lumen fidei ſub certa ſpe erigimus, condimentó mutuæ charitatis temperantes, vno ore, vna fide acclamamus, congementes & condolentes Abba pater, aſpice in nos & miſerere noſtri. *Rom. 8. Gal. 4.* Suæ erga nos clementię commonefacimus eum, Reminiſcere miſerationum tuarum Domine, quæ à ſæculo ſunt, non confundas nos ab expectatione noſtra. *Pſal. 24.* Memento Domine

mine Dauid & omnis mansuetudinis eius. *Psal.* 131

Rectè omnia hæc fratres mei, via regia est confidenti terenda pede, non discedendum ad læuam, tutò hic persistis, procede, noli stare ociosus, mouendo promoue, cursum consummare contende. Si incedimus, in pœnitentia gradiamur, hæc parat in itinere viaticũ, hi sunt panes lachrymarũ, hac mente DEO placemus, sic diriget *Psal.* 79. gressus nostros in viam pacis, & bonus Spiritus nos ducet in terram rectam, vt animosi in confessionis vo- *Psal.* 142 ce, more epulantis hoc verbum bonum & suaue eructemus: *Benedictus* *Psalm.* 67. *DEVS qui quotidiè prosperum iter faciet nobis, DEVS salutarium nostrorum.* Ecce Christus Dominus via, veritas, & *Ioan.* 14. vita, in æstu huius mundi vanissimarum illecebrarum, illusionum & fallaciarum, quorumcunq; etiam prestigiorum, hic vmbra & refrigerium esto.

Quo.

Quoniam autem hic omnem cogitatum reponimus, quod pius est miserator, patiens & multum misericors, votum voluntariè demus & sacrificemus in corde contrito & humiliato, grati tantæ abyssali bonitati redẽptoris nostri, Apostoli aduertentes
Rom. 2. salutaribus monitis, qui dicit: *An nescis quia longanimitas & patientia* DEI *ad pœnitentiã te inuitat?* Hic videmus fratres, qd hac hora, hoc momento, opus sit, nempe Metanæa qua DEO nostro offenso reconciliamur. Si enim peccauimus, aduocatum habemus IESVM CHRISTVM, inquit Ioannes Apo-
Ioan. 2. stolus. Quantùm hæc pia vox nobis adfert gaudij, vt depresi magno vitiorum grauamine, quasi resurgẽtes ex omnibus diaboli laqueis, nos Christi auxilio extricemus & expediamus. Hæc spes in sinu nostro reposita est.

Surgamus ergo ocius ex luto fęcis, vt mundi simus coram Domino, ab-
2. Ioan. 5. luamur in probatica, tollamus lectũ

desy-

ſyderiorum,ſtratumq; concupiſcentiarum,eamus hinc. Surgam, inquit prodigus,ibo & dicam,Pater, peccaui in cælum,& coram te. Cùm multi inter nos dormiunt,ſupplicemus Domino,vt ſurgant ex lethargo, derelinquant veternum, vt illuminet ipſos Chriſtus lux mundi,qui donec nobiſcum eſt,non ſumus in tenebris. Væ illis quos tenebræ compræhendunt.Sequamur lucem,ambulemus in ea, lætemur & exultemus patri luminum, à quo dona optima proueniunt, lucis ſuæ radios immitat in corda noſtra, & è Cymmerijs tenebris nos liberet.

Luc. 15.
Ioan. 1. 3. & 8.
Iaco. 1.

Quid eſt cæcitas,quid tenebræ fratres?Quid lux & ſplendor eſt? Non obſcurè intelligitur caliginem peccatum,candorem verò in fulgore per aſtra lucentem iuſtitiā appellari. Quid autem commercij habet lux cum tenebris,iuſtitia cum iniquitate, Chriſtus cum Belial?Si peccato mancipati,illius ſerui erimus,& Sathanam Dominū

2. Cori. 6.

minū

minum constituimus, & sequimur vestigia eius, nónne miserabiliores omnibus hominibus sumus? Nónne negamus Deum? Resistamus fortiter fratres, abrenunciantes omnibus suggestionibus eius. Qui tentatus est in salutem nostram, pugnat pro nobis. Ecce venit vt opera diaboli destruat. Cognoscite eum qui seipsum pro vobis obtulit, veniat in sua, & det accipiẽtibus illum filios DEI fieri. Agnoscamus ipsum & retineamus, quoniam circa noctem verget & inclinatur dies, sæculorum finis instat, compellamus viatorem inter fratres, & dicamus, *Mane nobiscum domine, quoniam aduesperascit*. Cognoscemus summum bonũ in fractione panis, in fide vera manducabimus carnem filij hominis & sanguinem bibemus, & annunciabimus mortẽ Domini. Ecce pauperes bonis replentur, non altercantes sed amãtes & cõdonentes. Scimus hoc verũ esse, & non vacillamus, panem hunc quẽ

1.Ioan.3. Ioan.1. 1.Cori.10 Luc.24. Ioan.6.

ille

dat, vitam esse mundi, & animæ cibũ salutarem, qui non corporeis oculis cernitur, hunc pater de cælo pluit, & homines manducant & spiritu satiantur, ille quemadmodum in vtero virginis gerebatur, in sacerdotum manibus tractatur, in mirabilibus cæli & terræ, contremiscentibus angelis, & admirantibns cælorum purissimis spiritibus: O magnalia DEI, mirabilia Christi testimonia, in septinario, dona regia S. Spiritus. Si autem, quod DEVS auertat, in peccatis permanserimus & indigni participamus, rei erimus & iudicium manducamus. Cur ergo diutius tenebris, palpantes, inuoluimur? Cur non illicò lucem implorabimus attollentes vocem humilitatis: non auertet faciem suam à nobis, & affabitur & consolabitur: Quid vultis vt faciam vobis? Vt visum accipiamus, dormiunt multi & mendacia somniant, ô domine eorum miserere,

1. Cori. 11.

Marc. 10.

ſerere, quorum menti lucem ingere, vt videant Dominũ & DEVM ſuum. Adiuua incredulitatem iſtorum, vt cum iuſtis & Dei timentibus videant
Ioan.1. gloriam eius quaſi vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate, ambulent credulę gentes in lumine hoc, & con-
Matth.2. fiteantur dicentes, Vidimus ſtellam in Oriente. Vidimus lucem magnam & columnam ignis, ardentem rubum,
Matth.5. lucernam in media domo, ſolem cæli in die, Lunæ ſplendorem in noɛte. O DOMINE, illuſtra faciem tuam ſu
Pſalm.73. per nos. Tuᵊ enim dies & tua eſt nox.

Nemo ringatur & dicat: num & nos cæci ſumus? habemus Euangelion, & matrem cognoſcimus Eccleſiam, Catholicam illam & Apoſtolicam, Recɛtorem S. Sanɛtum, imò Moyſen & prophetas, Apoſtolos & Euangeliſtas, Patres & Concilia. Quid nobis deeſt, quo minùs videamus? Do-
Ioan.9. cebit nos homo in peccatis totus natus, illiſque obnoxius? ſtultus ſapere, imi-

imbecillis pugnare, ſomnolentus excubias dare, tepidus & raucus claſsicum canere, claudus ambulare, ſurdus audire verbum DEI? Quem facit de ſeipſo? Peregrinus eſt in terra hac, habitare venit, non leges dare, obſcurus inſuper & pauper, mendicus & inops, quis ſcit vnde venerit. Nolumus hunc regnare ſuper nos, amicus eſt publicanorum, imò ipſe publicanus, hoc in cõfeſſo eſt, vel ex ore proprio eum iudicamus. Videte ad opera eius. Limina eius terunt pedes mulierculæ, ſcandalizat idcircò, vorat inſuper & bibit multum, ocioſus in verbis, ſtolidior in factis. Siccine ergo conſurget inter nos ad ſubſellia reprobus Doctor? in medio Eccleſiæ polluta labia aperiet? Quid boni nobis cõferet? dealbabit fidelia carbonarius, ad curſum nos producet loripes? an plumbum anates natare erudiet? aquilam teſtudo ad volandum prouocabit & repẽs humi cochlea? ſcio enim-

Ioan. 8. *Luc. 19.* *Matth. 11*

uerò cooperarij mei, quàm fortes si-
Ephes. 5. tis, quàm patientes, & insipientiã me-
1. Timo. 5. am tolerantes, ipsi prudentiores:
Quocirca nullo amaro zelo hãc obiectionem fingo, sed vera esse magis comprobo, idq́ue magis doleo, quod ex omni parte beatus non sim. Non vobis loquor in hortatione fastuosus, non arrogans, non cum imperio, sed luctuosus, amans & in desyderio.
Rom. 9. Maranatha & Anathema sim licet o-
16. mnibus, non molestè fero, saltem vos magni sitis in regno cęlorum, vestram ego gloriam gestio. Si quis mihi obijciat, vt dixi, veritatem loquitur cordi meo, quod & ipse coram DEO & hominibus confitebor: magnum enim imperfectum fragile & infirmum in me deprehendo, hoc non abscondo. Stultorum enim incurata pudor ma-
Horat. lus vlcera cælat: Dixi ergo confitebor aduersum me. Et oro Dominum, non declinet cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusatio-

nes

nes in peccatis. Scriptum eſt, Pro ani- *Pſal.* 140
ma tua non confundaris dicere ve- *Eccl.* 4.
rum. Quis, optimi fratres, infirmatur, 2. *Cori.* 11
& ego non infirmor? Quis vritur, & e-
go nō comburor? Bonum quod ſem- *Rom.* 7.
per volo, nunquam facio. Regnabit
ergo ſemper peccatum in me? Abſit.
Homo ſemper quod ſobrium, pium, *Rom.* 6.
iuſtum eſt proponat, DEVS diſpo-
nat. Militia vita hominis. Sumam &
ego reſumamque clypeum, ſi cecidit:
Bos laſſus fortius fixit pedem: Adeſt
orantibus non ſurdus DEVS, conſo-
latur Apoſtolus: Omnia poſſum in eo 1. *Cor.* 3.
qui me confortat. Manus DOMINI *Philip.* 4.
non eſt abbreuiata, non facta par- *Iſa.* 50.
uula.

Scriptura ergo ad arguendum eſt idonea, diuinitùs inſpirata hominibus ad cognoſcendum bonum & malum: peccatū enim nō cognouiſſem⁹, niſi lex data eſſet. Certa regula & nor- *Rom.* 3.
ma eſt ſcriptura, ad cuius intuitum craſſum lignum rectè ſcinditur ad

ædificium domus DEI. Clauiculi lignei etiam in domo noua erigenda vsum habent, compagines connectunt, & iuncturas colligant. Leuis sum fateor vt pluma, tenuis vt palea, herba sine succo, imò minimus puluis quē ven
Iob. 13. tus in gyrum agit. Quid aristam & stipulam persequeris magnanime miles? noli cum larua pugnare. Eruditus quisquis est & nasutus rudi ignoscat onagro, vox hic asini est inertis, non tamen illa quæ apud prophetam audita est, in præsentia angeli. Audi-
Num. 22. ant ergo mansueti & lætentur, audite viri scientes compati, audite inquam, non eruditum sed laboriosum, non in propria virtute & honore loquētem, sed in seruitute vestra inq; sudore disserentem.

Nemo glorietur, nisi in Domino, qui stat, videat ne cadat, qui benè incipit, oret DEVM vt bene pgrediatur, ne in medio cursu deficiat, fœlicissimè finiat. Quem colaphizat tentator, non

non desperet, ad perditionem non annuit dominus, sed ad correptionem, vt in mirabilibus supra se cor hominis non eleuetur. Originis nostræ ex luto semper memores erimus, humiles consentientes fragilibus colluden tes, ipsi infirmiores, valles virgulta & dumeta nos appellantes. Sed cesset hypocrisis & simulatio, ore non fingas, quod corde non exprimas, vera humilitas, insignis est pietas, & humilitatem virtutum reginam dixero. Præclarè Diuus Hieronymus in quodam tractatu, cuius nunc recordor, sic falsum à verò distinguit: Perfacilè, inquit, est habere vestem contemptam, salutare submissiùs, manus deosculari, inclinato capite & deiectis oculis humilitatem & mansuetudinẽ polliceri, lenta voce sermones infringere, crebriꝰ suspirare, & omni verbo se miserũ peccatorẽ clamare: & si leui sermone offensus sis, continuò attollere supercilia, leuare ceruicem &

Genes. 1.

S. Hieronymus.

delicatum illum oris ſonum inſanō repentinoq; clamore mutare. Aliam
1.Petr. 2. Dominus IESVS docuit humilitatē,
1.Cori. 4. qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur. Auferantur figmenta verborū, ceſſent ſimulati geſtus, virū humilē patientiæ probant iniuriȩ. Hæc ille. Intuere Lector hoc clarum Hieronymianæ lucis ſpeculum, & ſimplex in moribus eſto. Quiſquis ergo ſuo modulo ſe probet & metiatur: dimenſus, corrige quod deeſt, excute quod remoratur. Nunquam tamen tibi confidens tutus eris, nunquam mundus, niſi per illum, cui Dauid ſupplicabat: Amplius laua. Expiantur multa oratione, patientia, ieiunio & Eleemoſyna, fateor, ſed cùm omnia illa feceris, dic te ſeruum inutilem eſſe. Omnia ſemel compleuit vnus, ſine peccato pontifex. Nos imitatores eius, erimus ſimiliter, in ſui memoriam faciamus. Quid inquies? Oblationes pro

pec-

peccatis? sacerdos quippe qui & ipse infirmitate est circūdatus tā pro suis, quàm pro populi peccatis, DEO hostiam offert. Sed non efferaris, non sis ferox, nescis an opus tuū acceptabile coram DEO. Terreat oscitantes mystagogos ꝓpheta, qui dixit: Holocaustomata vestra non suscipiam. Maledicam benedictionibꝰ vestris, Cùm extenderitis manus vestras non exaudiā. Ne offeratis vltra sacrificiū frustra. Iniqui sunt cætus vestri, solēnitates vestras odiuit anima mea. Nónne & hoc Dauidici spiritus illustrat prophetarum oracula, Sacrificium & oblationem noluisti, holocaustum pro peccato non postulasti?

Heb. 5. & 7. & 8.
Hier. 6.
Heb. 10.
Psal. 39.
Isai. 1.
Amos 5.

O Domine exercituum, respice in faciē Christi tui, & nostri miserere. Nō repellas nos à mādatis tuis, nō peccata nostra, sed fidē Ecclesiæ tuæ aspicere velis digneris q́;. Fac nos seruos tuos ꝓphetica benedictiōe dignos. Annue Dn̄e vt capiamꝰ & nos fructū gratiarū

actionis. Ad ſanctorum aliquem con uertimur, Memento Domine Dauid, ipſe expertus malis miſeris ſuccurrere diſcit. Conſolatur & confirmat cõuerſus ad te. Noſtræ ſortis miſertus, orans ad templum ſanctum tuum, ita eructat vir miſericors. Vide Domine orationem ſerui tui, vide votũ, quod tibi D E O Iacob vouit, effundit coram te cor ſuum, vt non proijcias nos: *Exaudiat, inquit, te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen* D E I *Iacob. Mittat tibi auxilium de ſancto, & de Sion tueatur te. Memor ſit omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pinguefiat. Tribuat tibi ſecundum cor tuum, & omne conſilium tuum confirmet.* *Pſal. 19.*

Sit hæc, ô Domine, in voluntate tua, benedictio ſuper nos, & maneat ſemper, tunc lætabimur in ſalutari tuo, & in nomine tuo magnificabimur. Ah domine non derelinquas ſanctos tuos, conſeruentur in æternum. Domine confitebimur tibi, ſcimus quod dictum eſt per eundem prophetam, ter- *Pſal. 37.*

terrent nos veſtigia, & tempora hæc malignitate & diffidentia plena. Quid hoc? an non audiuimus nuper: *Incenderunt igni ſanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui?*

Dixerunt in corde ſuo, cognatio eorum ſimul quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra. Pſalm. 73.
Siccine domine ſigna tua non videbimus, & non erit propheta amplius? Vſquequò DEVS improperabit inimicus, & irritabit nomen tuum aduerſarius? Reſpice in teſtamentum tuum, ô Domine, ſuperbia eorũ qui te oderunt aſcendit ſemper. *Ibid.*

Daniel quoq; propheta tuus in hęc noſtra plorauit tempora, ô Domine exercituum, audientes areſcimus præ timore, ita inquit: Imminuti ſumus pluſquàm omnes gentes, ſumusq́; humiles in vniuerſa terra hodiè propter peccata noſtra. Et non eſt in tempore hoc princeps & dux & propheta, neq; holocauſtum neque ſacrificium: neq; oblatio, neque incenſum, neq; locus *Dani. 3.*

 pri-

primitiarum coram te, vt poſsimus inuenire miſericordiam tuam: ſed in animo contrito & humiliato ſuſcipiamur. Sequimur nunc in toto corde, & timemus te & quærimus faciẽ tuam. Ne confundas nos, ſed fac nobiſcum ſecundũ manſuetudinem tuã, & ſecũdũ multitudinẽ miſericordiç tuç. Erue nos in mirabilib9 tuis, & da gloriam nomini tuo, & confundantur omnes qui oſtendunt ſeruis tuis mala.

Hactenus, commilitones mei, ad patrum & prophetarum vos oracula deducere volui, vt me per illos intelligatis rectius, obſeruetis fideli9, treme factus ego vobiſcum obſtupeſco. Deſcendamus in nos obſecro, & videbimus, ſi quid tempeſtatis nubes minantur, ex nobis eſſe. Perditio tua, ô Iſraël
Oſe. 13. ex te. Quid aliquibus prodeſt ſacerdotiorum & præbendarum congregatio? Quid? cùm vti neſciant, immiſericordes, rudes, ſuperbi, amari, demen-
Matth. 16 tati. Rationem reddent, quod non in-
18. 25.

genuè

genuè dispensant, quod serui sunt infideles. Et quid pluralitas sacrificiorũ prodest, apud quos vix charitatis mutuæ & Christianæ munificentiæ singularitas existit? Offeramus pura mente & mundis manibus: offeramus in misericordia. Auarus autem & immundus quid offerunt? hic Asam fœtidam, alter oua putrefacta. Misericordiam volo & non sacrificium clamat vox Domini per os prophetæ, qui ex *Matt. 9.* fratribus suis est suscitatus. Ita geramus nos, ô socij, in tremendis sacris, vt ab illo qui est terribilis super omnes DEOS, hoc audire mereatur, Non arguã te in sacrificijs. Item: Sacri *Psal. 49.* ficium laudis honorificabit me. O piè frater, immola itaq; spe bona sacrificium laudis. Ascende in montem Do *Psalm. 23.* mini innocẽs manibus & mũdo corde. Ascende montẽ, dicebatur Loth, & salua animã tuã, ignis cætera absumet. Habita in tabernaculo dom⁹ Dei in iu *Genes. 9.* stitia & veritate, introito ad altare Dei,

ad DEVM qui lætificat iuuentutem tuam. Timoratus & humilis accede, confitens Domino in anima tua, ne te petulanter accedentem maiestas opprimat; quoniam altaria virtutum

Psalm. 83. sunt, vt Psalmus habet.

Submoneo idem, si in veteri iniquitatis via curras, incassum te dicere acclamationes siue compellationes sanctis, tunc ad preces tuas, surdis, sancte Paule ora pro me, dicis, qui núquam voci eius obtemperans fuisti,

1. Timo. 4 quæ dicit: Hæc est voluntas Domini sanctificatio vestra, pacem sequimini & sanctimoniam, sine qua DEVM nemo videbit, curam agentes ne quis

Heb. 12. sit qui deficiat à gratia DEI, ne qua radix amarulentiæ suppullulans obturbet, & per hanc inquinentur multi, ne quis scortator aut prophanus. Et quid Diuus Petrus compellatur pro patrono, qui neque huic auscultasti præceptori. Porrò, inquit, rerum omnium finis imminet, sitis igitur sobrij

&

& vigilantes ad orandum, ante omnia verò charitatem inter vos vehementem habentes. Nam charitas operit multitudinem peccatorum. Non hoc à me dictũ volo, vt vilescat nobis sanctorũ inuocatio: arbitror enim diuos pijs libenter prece apud DEVM patrocinari, & nobis hoc expedit. Hoc volo, si sanctorum vis suffragia tibi commodo esse, dignum te exhibe oratorem, sic fiet, vt hi iusti & recti tibi semper adhærentes, impetrent. Sic orant sancti, sic Ecclesia, vt pro Petro captiuo &c. 1.Petr.4. Act.13.

Vestigia sanctorũ incedamus, eos exempla piorum operum ante oculos ponamus ad imitandum. Sic etiam seruator noster seipsum nobis proponit: Scitis quid fecerim? exemplum dedi vobis, &c. Sancti viri nolunt te in otio torpere, si vis ergo vt per ipsos te DEVS adiuuet, clamando, laborando, faciendo, rotis ipse annitere, sic exaudieris, & bigas tuas peccatis onu- Ioan.13.

stas

ſtas ex profundo luto dimouebis, ſecurius extrahes, mittesq́; ad aridam.

Sancti quidem buccina Euangelica ſigna dant, hortantur, excitant, inſtillant, pungunt, & quod ipſi fecerũt, nobis agendum inculcant. Quemadmodum volucres cæli, pullos ſuos ad volandũ ꝓuocant, ita ipſi nos quoq; inſtigant & docẽt, vt mẽte ad ſydera volemus, contemnẽtes terram & lutum. Ecce hi glorioſi extiterunt & vicerũt regna mundi per Chriſtum, & nos vincere hortantur & admonent, quoniá victoria per IESVM CHRISTVM dominũ noſtrum. Nam Deus eſt qui agit in vobis, & vt velitis & efficiatis pro bono animi propoſito.

Philip. 2. *1. Cori. 15.*

Inſuper ex diuerſis ſcripturis ſalutaria documẽta habemus, quomodò vitam noſtram inſtruamus, vt innouemus bonam conuerſationem, & teſtimonium inter homines retineamus, vtq́; omnibus placeamus in bono: ſi qui detrahunt de nobis, confundantur,

tur, dum eis adſumus ſancti, iuſti & ſine querela. Non ſolùm ab eo quod ſuapte natura malum eſt, ſed etiam ab omni ſpecie mala abſtinendum, vt nemini vllam demus offenſionem, ne miniſterium noſtrũ vituperetur. Prædicamus quidem charitatem, ſobrietatem, abſtinentiam, cõtinentiam, tẽperantiam, carnis cum vitijs & concupiſcentijs crucifixionem & mortificationem. cur non facimus? Eheu conformamus nos huic ſeculo, ambulamus in luxurijs, in deſiderijs, vinolẽtijs, potationibus, comeſſationibus, impudicitijs & verbis ſcurras æquamus, & clamoribus lupos repræſentamus, petulantia Mimos, oculos plenos habentes adulterij, inceſſabilis delicti, turpiloqui, vaniloqui, multiloqui, incompoſiti, indiſciplinati, criminatores & deriſores, detractores, ſuſurrones, calones leues voluptatũ amatores magis quàm DEI, non ſolũ nul-

2. Cor. 4. *Rom. 12.* *Helmeſ. in ſerm.*

nullam ſpeciem habentes præter raſum caput & cucullam immundicijs plenam, veſtem longam in ſuperbo phariſaiſmo, vino perfuſam & ſicera, olentem popinam plus quàm Eccleſiam: non eſt, crede mihi, religioſus habitus, ſed ſuis immundæ volutę in ſtercore luti. Sic nomen per nos prodigos
Tit. 2.
& ꝑditos filios blaſphematur, laqueꝰ ſumꝰ venationi, ſcandala puſilli gregis Chriſti, offenſiones facimus, quoad eius eſt, perdimus fratres pro quibus Chriſtus mori dignatus eſt, percutimus multorum cõſcientias infirmas, deſtruimus opus DEI, quod per ſanctos ſuos tanto labore erexerat, ædificaueratq; in eis, cõſtruxerat & fabricauerat. Sic autẽ in minimos fratres offendentes, in Chriſtum ipſum peccamus, cuius filij ſunt & fratres, peccamus in ſpiritum ſanctum, cuius templa ſunt domus & habitacula, quæ quantum in nobis eſt, ſcandalis noſtris violamus, ſanctuaria eius in terris

ris

ris prophanamus, & igne accédimus concupiſcentiæ carnalis, qui vſq; ad inferni nouiſsima ardebit, & non extinguetur. Ideo diſperdet talia facientes Dominus, & in malitia ſua capiet, & quod calamitoſiꝰ eſt, non habebunt de peccatis excuſationem. Tu autem Domine noſtri omnium miſerere. Hactenus F. Helmeſius concionatus eſt. *Iſa. 66.*

Miror ego ſanè peruerſum aliquorum iudicium, qui obliquis oculis cõtritorum reſpiciunt opera, quæ cum ipſi ſumma humilitate Deo faciunt, & cælare propter amorem non poſſunt, hominibus facta putant vt hi laudent. Hunc errorem à cordibus meorum conſimilium ſublatum cupiens, ratione iuſta motus, hæc infero: Adoleſcens qui in iuuentute duras & aſperas vias perditionis ambulauit, vtpotè in luxurijs, comeſſationibꝰ, percuſſionibus, in vanitate omnigena veſtiũ ſumptuoſarum, in ſuperbia, in abuſio- *Pro. 22.*

 ne,

ne, & ætate iam prouectiore, in secunda aut tertia vigilia, peccatum ex le-
Rom. 3. 7. ge, apertis oculis cognoscit, Christoque adiuuante, qui illuminat omnem hominẽ, recedit à via impia, odit iniqtatẽ, & maculã prioris vitæ cõfessione & modestia abstergere nititur, omnem conatum intendit, vt huic, in cuius est debito placeat, qui potestatem habet corpus & animam in gehennam præcipitare, à iudicijs eius timet,
Luc. 12. verecundatur nimis propter commissa, concutitur, angitur, clàm quidem dolet, licet non appareat, vt mulier honesta quæ ociosa panem non comedit, preciosa veste induta & subridenti facie, intus tristitiam secundum deum habet, coarctatur, quemadmodum in Iudith audiuimus, quæ splendidè induta contra Holofernum pug
Iudit. 10. nauit, intus coram Deo plorabat, fo-
& 11. ris nil eiusmodi ostendebat, sed composito in iudicium sermone, blãdissimis verbis inimicum suum affatur.

Sic lugentes & mœrentes plurimi fi-

miles ſunt ridentibus, intus celant ignem quendam, cum licet aliquo tempore in fauilla ſuſpiriorum contineant, aliquando erumpit in flammam. fomenta enim calida illum circumiacent & nutriunt. Si cum ſermone & verbo Dei cor noſtrum ardet, non miremur ignem eſſe. Si peccator audit Chriſtum propter ſe veniſſe in hunc mundum, vt ſaluum faciat, caleſcit anima ipſius, & in ſinũ gaudet. Quid igitur miratur compeccator, ſi anima hominis liquefacta propter ſermonẽ dilecti ſui, amore ſui ardeat? Quid iudicat vel q̃d ſugillat? quid traducit & murmurat? Congaudere homo debet conſeruo ſuo ſi inuenit Meſsiã, ſi inuenit ſaluatorẽ. Nónne is eſt q̃ miſeretur omniũ? oẽs amore deuinctos exoptat, vt cõmunia ſint fratrib9 læta & aſpera. Hoc Apoſtolus innuit: Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Qui autem nõ vult collachrymari & condolere, nõ rideat contriti ex- *Ioan. 3.* *Rom. 12.*

ercitia, dolorem habet in conſpectu. DEI. Scis quid Helizęus ſeruo dixerit, qui mulierculam à pedibus ſuis arcere voluit. Sine ipſam, anima eius in amaritudine eſt. Nouimus mulierem in ciuitate peccatricem fuiſſe, quæ Meſsiam cognouit talem eſſe prophetam, qui mitis & ſuauis eſſet, qui animas lugentium non ſperneret, qui cõſolationem internam deſperatis peccatoribus inſpiraret, omnia bona deſyderia conferret, mundaret, ſaluaret. Cuiꝰ anima erga IESVM piũ animarum Epiſcopum mirum accenſa non continuit ampliùs vt abſconderet, ſed pudore extruſo, omniq; metu ad conuiuiũ non vocata per Simonem, acceſſit, humilem locum in terra ad pedes agni elegit, & imbre lachrymarum multitudinem peccatorum confeſſa. Quid in hoc ſpectaculo? Murmurabat phariſæꝰ, plorabat fœmina criminis conſcia. Simon vides hanc mulierem? Habeo tibi aliquid dicere, &c.

Luc. 7.

Eccleſiæ proſa.

Euen-

Euctum & exitum expectatis fratres? Multum dimisit multum diligenti. Amor idcircò non potest abscondi, neque otiosus est, bonum operatur & placet amatori. Qui minus diligit, parum illi condonatum indicat. Si homo hominem, vt fieri solet, propter beneficia amat, vel suum commodum, & non sunt durabilia humana omnia, quam singulari & fideli amore diligendus est DEVS, qui simul omnia bona hominibus confert & æterna. Si possunt homines qui mali sunt, bona dare suis filijs, quanto magis pater vester cælestis bonũ spiritum petentibus illum. *Luc. 11.* Profectò diligendus est Deus propter se, qui aspectu suo nos reficit. Ergo iudicium tuum fallit te, frater, si exorbitas. Sensum domini non cognouisti. Non es tentatus, audi prophetam: *Psal. 72.* In labore hominum non sunt, & cũ hominibus nõ flagellãtur. Hęc est pax peccatorũ. Scimus patres cõfessarios vnà cũ cõfitentib⁹ amarè fleuisse.

Hæc vera eſt iuſtitia. Falſa habet indi
gnationem. Dico ergo, dulce bellum
eſſe inexpertis. Multi nõ ſciũt quid ſit
hoſtia vociferationis, quid ſit clamor
diei ac noctis, quid deniq; labor gemi
tus. In hoc enim mirabile quiddã eſt,
Ioan. 9. quod vos neſciatis vnde ſit. Sũt qui in
exercitatione ſua cõtriſtantur, qui hu
Pſal. 43. miliãtur in loco afflictionis, qui mor
tificantur tota die, ſordibus terræ ad-
Pſal. 68. hęrent, verecundiã habent, cõfuſi ſunt
78. 21. & pauperes, dolentes & inopes, op-
probriũ & ſubſannatio his qui in cir-
Pſalm. 125 cuitu ſunt, de quibus propheta: Eũtes
ibant & flebant mittentes ſemina ſui.
Iob. 17. Hi lectulum ſuũ in tenebris ſtrauerũt,
q̃ ſunt eiuſmodi, cõſolatiões externas
nõ ſuſcipiũt, cogũtur in camino Nabu
chodonoſor, dei aũt filiꝰ in medio ig-
nis, nõ facit cõcremari benedicẽtes &
laudãtes Dñm. Benedicite ergo õnia
opera Dñi Dño, q̃ qualia ſunt neq; e-
go tibi dicere poſsũ. Accedamꝰ ad do-
minũ, & facies noſtra illuminabitur.
Audiamꝰ quid loquatur Dñs. Hoc vo

lui demõstrare nõ posse ob magnitudi
nẽ amoris, bona semꝑ occulta esse ope
ra, q̃ nõ homo instinctu ꝓprio, sed vr-
gente spũ bono ædit. Dñs lucernã in Matth. 5.
cãdelabro, & nõ sub medio ponendũ
ait, vnde intelligim⁹ in vniuersum piè
facta abscõdi nõ debere. Secundũ ani-
mi intentũ hoc vel salutare est vel ꝑni
ciosum. Si nihil aliud hominẽ titillat
quã aliorũ laus, iã accepit mercedem
suã. Sin verò in vni⁹ tui amatoris con-
spectu fieri optes, in animo cõtrito &
spũ humiliato, vt soli placeas & nõ al-
teri dñs retribuet, & rationabile est ob
sequiũ tuũ. Sine ergo aliorũ fallax iu-
diciũ interuenire. Quid ad te? nõ mo-
ueãtur vestigia tua, noli desistere cœp
tis. Et soli Deo sic placuisse velis. Za-
chęũ viderũt ꝑcurrere vt videret Chri Luc. 19.
stũ, murmurabãt cæteri: surrexit ꝓdi-
g⁹ & ibat ad patrẽ suũ, frater iust⁹ mur
murabat et indignabatur. Magister Luc. 15.
vester manducat cum peccatoribus,
iustitiarij confidentes dicebãt & mur
murabant: Quid tum? Charitas om-
nia suffert. Quis nos à charitate Dei

ſeparabit? Operemur dum lux eſt, quoniā venit nox. Opera ſequuntur. Væ mundo à ſcandalis. Cum bono bonus eris, cum ſancto ſanctus, cum
Pſalm.17. viro innocente innocens eris. Si malitiam vides, nónne execratur anima timens DEVM? Qui oderunt te Do
Pſal.138 mine oderam, & ſuper inimicos tuos deſpexit oculus meus. Certè iniquitate offendimus proximum, non pietatis exemplo. Certè frater qui malum facit, peccat. Dilexit iuſtitiam Dominus & odiuit iniquitatem. Niſi ergo iuſticia noſtra abundauerit pluſquàm pharißæorum, non poſsitis ingredi in
Matth.5. regnum cælorum. Sic ergo luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant bona veſtra opera, & prædicent DEVM qui in cælis eſt. Regis myſteri-
Tob.12. um, ſecretum & ſacramentum abſcōdunt, ſed DEI mirabilia non item.
Pſal.118. Mirabilia teſtimonia tua Domine, ideò eſt ſcrutata anima mea. Sed deficio, Dominus inſpiret ſecundum petitio-

titiones cordis vestri. Adolescentuli currito per vias scripturę, & inueneitis cubantem in meridie, qui omnes illustrat suo iubare, dabit quantum vobis proderit, currite in odore vnguentorum eius, decerpite fructus in horto nucum, colligite poma conuallium, in vineis Engaddi botri suaues, *Cant. 1.* manete in vitæ, vt palmites sitis fructum ferentes, honoris & suauitatis fructus. Prouidete ergo bona non tā-tum coram DEO, sed etiam omnibus *Rom. 12.* hominibus; exemplo sublimes vt in monte, animo humiles vt in valle: Faciet Dominus voluntatem timentiū. Non curate ronchos. Sic itur ad astra. Humiliatos ad terram, & incuruantes se non contemnite, alia iudicia Domini. Bonorum pharisæorum iam non est ingens multitudo, sed stultorum infinitus est numerus, qui non intelligunt. Demus in communi operam, vt modestia nostra omnibus hominibus nota fiat, & si quenquam ma

la vita destruximus, melioribus officijs iterũ ædificemus ad gloriam DEI, cui hic & in futuro placebimus. Fiat. Ad sanctorum acclamationes iterum confugiemus, inde sumpturi honestã occasionẽ concitandi classicum, priùs vos à simili aggredior. Magnus cõcursus oritur, si incendium tecta ciuium corripuit, feruens fit strepitus, datur signum ab alta turri, è specula cornu inflatur, campanæ insonant lugubri modo, lamentatur & vociferatur, strennuè laboratur, omnes damnum sciũt præ foribus esse, omnes, in timore æstuant, nesciunt si hostili hoc manu, vel ira DEI vel incursa factum, ita trepidantes huc vbi cõflagrantur ædificia accurrũt, illi scalas admouent, hi adferunt harpyas & vrnas, alij Siphones & instrumenta vndiuoma, administrant, aquam, fontes exhauriuntur. & aquæ ductus & canales obstipantur, vt intumescant scatebræ ad hauriendam lympham vberiorem. Sunt qui

Simile per cõparat.

qui bona exportant, eijciunt è fenestris, ne optima quæq; edax absumat ignis, & quisque ad periculum labore eximio vehementer est deditus, præsertim is cuius res agitur paries cũ ꝓximus ardet. Domestici sumus & vnius ciuitatis Dei Hierusalem incolæ, non laborabimus in tanto periculo constituti? Certè ignis vastans omnia corripuit tecta Ecclesiæ, nisi aquã lachrymarũ precesq; sedulò adduxerimus, ignis nimium incrudescet, vt vix sopiri valeat. Vti factum est in quibusdam locis, vbi dormitatum est, viciorum & heresiũ flamma peccatores combussit. Hic vigiles non custodierunt gregem suum, sed lætati sunt in occisione, & adhuc seipsos nutriũt, fame intereunt animæ. Gnauiter & nunc ipsam inertem & pigram esse oportet, qui in extremo incensionis periculo non laborat, vt bonus miles Christi, ad extinguendos prauitatis ardores, certè noxius est hæresion

calor,

calor, & flammæ licium perniciosæ. Coniúgamus dextras, fratres, nunc cùm maximè opus sit. Cur nos hic dormitaremus, vbi vigilant incendiarij omnibus noti? Bruta animalia, si periclitantur, mirabili concordia inter se cohærent, coniunguntur mirificè. Apes & formicæ non laborant inter se vnanimes? Columbæ conspecto miluio condensant se. Boues viso lupo, quasi in acũ se coniugunt, si oues lupum conspexerit coniunctissimè conueniunt, vt pedites quando stabile agmen faciunt, quod phalanx dicitur. Et nos habitemus in vnum. Apostoli præ timore, postquàm ad inferna descendisset dux vitę Christus, in vno tecto se continuerunt, expectantes eũ resurgentem, qui à pusillanimitate & tempestate liberaret. Similiter clausis ianuis ad nos veniet & consolabitur in pace: interim nos in oratiõe mutua contineamus, donec transeant infesta & hostilia arma quę aduersus do-

mum

mum DEI iaciũtur. Prophetica nos nos consolidabit oratio: *Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.*

Commeruerunt peccata nostra. Danielis verò testimonio edocti, qui Azariam ita orantem introducit:

Iustus es Domine in omnibus quæ fecisti nobis, & uniuersa opera tua uera, & uiæ rectæ, & omnia iudicia tua uera: super ciuitatem sanctam, in iudicio & ueritate ista induxisti. Peccauimus enim & iniquè egimus, recedentes à te: & deliquimus in omnibus, & præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis, ut benè nobis esset: tradidisti ergo nos in manibus inimicorum & præuaricatorum, &c. Dan. 3.

Similiter & Iudith orasse legitur apud seniores & principes Bethuliæ: Quia patiens Dominus est humiliemus nos & pœniteamus, indulgentiã fusis lachrymis petamus. Sciuerat matrona propter peccata talia euenire ex iusto Dei iudicio. Audiamus ergo & fletum hunc magnum in voce con- Iudith. 8.

fes-

fessionis totius populi qui ad Oziam congregatus est in die luctus; clamauerunt: *Peccauimus cum patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus. Tu qui pius es miserere nostri, & in tuo flagello uindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te, populo, qui ignorat te, & non dicant inter gentes, ubi est DEVS eorum: & cùm fatigati hi clamoribus & fletibus essent, Ozias suos est consolatus, &c.*

Iudith. 7.

In hunc modum pius Esdras olim Domino confitebatur, & deplorauit communes miserias corde profecto.

Esd. 4.

O Dominator Domine, inquit, nos omnes pleni sumus iniquitate. Et ne fortè propter nos impleantur areæ iustorum propter peccata inhabitantiũ super terram. Ecce dies venient in quibus apprehendentur qui habitant terram in sensu multo, & abscondetur veritatis via, *& sterilis erit à fide regio, & multiplicabitur iniustitia.* Progreditur autẽ, quẽadmodũ bonꝰ præsul, Esdras, & exaggerat negotium conuersionis, &

Esd. 5.

& promissioné irritam nos facere ostendit salutis, si non quod rectum est faciamus. Quid enim prodest nobis, inquit, promissum tempus immortalitatis, si mortalia opera agimus. Et quoniam prædicta est nobis perennis spes, nos verò vani facti sumus. Et quoniam proposita sunt nobis habitacula sanitatis, nos malè conuersati sumus. Et quoniam gloria altissimi reposita est, nos pessimis vijs ambulauimus. Et quoniam ostendetur paradisus, cuius fructus incorruptus perseuerat, in quo est securitas & medela, nos verò non ingrediemur. In ingratis enim locis cõuersati sumus. Et sub finé huius capitis septimi: Si enim nó multiplicauerit misericordias suas, nó viuificabitur seculum cum his qui inhabitabunt in eo: Quoniam si non donauerit de bonitate sua vt alleuientur hi qui iniquitatem fecerũt, de suis iniquitatib9, non poterit decies millesima pars viuificari hominũ. Et iudex Esd. 7.

si non

ſi non ignouerit his qui curati ſunt verbo eius, & deleuerit multudinem contentionum, non fortaſſe derelinquerentur in innumerabili multitu-
Eſd. 8. dine niſi pauci valde. Et in octauo cap. ſic orat pro nobis vir inflammatus: *Ne reſpicias populi tui delicta, ſed qui tibi in ueritate ſeruiunt, nec cogites qui in conſpectu tuo falſè conuerſati ſunt, ſed memorare qui ex uoluntate tua timorem cognouerunt. Neq; uolueris perdere qui pecudum mores habuerunt, ſed reſpicias eos qui legem tuam ſplendidè docuerunt. In hoc annunciabitur iuſtitia tua & bonitas tua Domine, cùm miſertus fueris eis qui non habent ſubſtantiam bonorum operum.*

Et flebiliter ſanè in decimo, ſtatum huius temporis depingit, ac ſi intereſ-
Eſd. 10. ſet ſpectator & actor. Quot enim caſus Syon? inquit. *Vides enim quoniam ſanctificatio noſtra deſerta effecta eſt, & altare noſtrum demolitum, & templum noſtrum deſtructum, & pſalterium noſtrum humiliatum, & hymnus conticuit, & exaltatio noſtra diſſoluta eſt: lumen candelabri noſtri extinctum eſt, & arca teſtamenti*

menti nostri direpta est, & sancta nostra contaminata sunt, sacerdotes nostri succensi, & Leuitæ nostri captiui sunt, &c.

Quid faciemus viri fratres? Pœnitentiam facite, inquit Apostolus Petrus ad compunctos & contritos corde. Hoc si fecerimus, & conuersi fuerimus, iam sanati sumus. Ita etiam nos Dominus exercituum consolabitur per prophetam suum: Act. 2.

Parauit dominus brachium suum in oculis omnium gentium, & uidebunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Exite de medio eius, mundamini qui fertis uasa domini. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. Præcedet enim uos Dominus, & congregabit uos DEVS Israël. Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur & eleuabitur & sublimis erit ualde. Esai. 52. Et alibi:

Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem ciuitas sancta. Excutere de puluere, consurge & sede Hierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia Sion, quia hæc dicit Dominus:

nus: *Gratis uenūdati estis, sine argēto redimemini, etc.* Hactenus Esaias.

Dominus Iesus non continet misericordias suas, ô fratres mei, si nos inceperimus nostri misereri, quoniã nos causa sumus mali. Quod Ecclesia non habet pacem, nostra peccata meruerunt, nos impij & non ex nobis pax conscientiæ, ergo hæc mala sustinemus. Sed consolationem quasi audiuimus. Minuamus offendicula, & minuentur incommoda. Contritiones nostras sanabit Dominus, si confiteamur nomini sancto eius. Fastum & superbiam animi expelle cum vano timore, quia Dominus sciētiarum ipse est Dominus, cui prǫparātur cogitationes. Pessima hactenus fuit vitæ ratio & ignominiosa conuersatio. Hęc fateamur, necessum est, vnusquisque de se hoc putet, & credat. Ita Ionas confitebatur: Ego sum huius tempestatis causa, quia verbo

bo domini nõ fui obtemperans. Hoc omnes ſacerdotes de ſe exiſtiment. Non tamen de domini pietate diffidat, qui talis eſt, nec mortifera deſperatione frangatur, ſed magis ad pœnitentiam cito fugiat, & dum adhuc noua ſunt & calent peccatorum ſuorum vulnera, ſic medicamenta adhibeat ſalubria, quia medicus noſter omnipotens eſt, & ſic conſueuit plagas noſtras curare, vt nec cicatricum veſtigium poſt ipſius medicamina remaneat, &c. *Auguſt. in ſermon.*

Obteſtor ergo vos fratres, & cum Apoſtolo obſecro, tanquam aduenas & peregrinos, tempus redimatis, quod malum eſt, omnibus deſyderijs abſtinentes quæ militant aduerſus animam, bonam inchoantes conuerſationem, vt in eo quod detractant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos cõſyderãtes glorificent Deũ die in viſitationis ſuæ, tũc aſpiciet ipſos & miſerebitur, ſecundũ *1. Petr. 2.* *Pſal. 118*

iudiciú diligentium nomen eius. Túc Deú glorificabút in vobis, quia per ſanctam conuerſationem veſtram in timore DEI, ipſi de vana conuerſatione ſua ſunt erepti, & ſuper ſemitas iuſtitiæ deducti, vobiſcum ſancti fiũt, ſecundum eum qui nos omnes vocauit in gratiam in qua ſtamus, & in regnũ ſuum cæleſte, & de tenebris in admirabile lumen ſuum. Digne quapropter DEO & Euangelio eius ambulemus, in omnibus nosipſos præbeamꝰ exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate, ſimꝰ exemplum fidelibus in verbo, in charitate, in fide, in caſtitate, in ſobrietate. Forma vitæ quoq; erimus, ſanctitatis ſpecula, virtutum imago, & lumina & viæ vitæ, regulæ perfectionis, lucernę populi, angeli terreſtres, fratres Chriſti, filij altiſsimi, hæredes DEI, & cohæredes Chriſti, &c. Vbi quæſo edones & bibones ſuam excuſabunt profuſionem, cùm nihil interim

Tit. 2.

Helmeſ. in ſermo.

rim pauperi Lazaro efferunt, Leuita *Luc.* 12.
& sacerdos prætereunt vulneratum,
non miseri calamitate mouentur. Væ *Luc.* 10.
ipsis qui non faciunt misericordiam,
qui vacant compotationibus, væ ipsis *Esa.* 28.
qui absorbentur à vino, errant in ebri *&* 6.
etate. Væ qui bibunt in phialis, qui
quotidiè epulantur splendidè, quorũ
corda & crapula grauãtur & ebrieta-
te. Qui veluti bruta animalia quibus *Luc.* 21.
nõ est intellect9, pro voluptate ducũt,
si in diem delicijs fruuntur. Quis in-
telliget & sapientior erit fratres mei?
Qui ignorat, ignorabitur. Si vlcus no-
strum scriptura secat non sentimus?
an callum obduximus? Christus ami-
cus noster & frater factus est, bona
vulnera quæ per legem nobis infligit,
eadem sanat, in ipso gratia & veritas. *Ioan.* 1.
Non abutamur pij medici & mitis Sa
maritani mansuetudine. Pro peccatis
commissis doleamus, compungamur
in cubilibus, ploremus coram Domi *Psal.* 49.
no, retro altare luctum faciamus. Qũ

peccauimus, propterea venit in iudicium, & cognoſcetur iudicia faciens.
Pſalm. 9. Non dicamus, neſcit opera noſtra, cælum illi ſedes eſt. Agite ergo, mei germani fratres, quiſque ad cor redeat, de vijs bonis cogitet, Dominus nobis auxilium policetur, propè eſt omnibus inuocantibus eum in veritate. Appropinquemus ad eum in cõfeſsionis voce, quoniam bonus eſt ſi confitemur, non incuſemus tempora, ſed nos ipſos potius: Nemo lęditur niſi à ſeipſo, dicamus ergo iuſtus eſt Dominus, & rectum iudicium eius. Demus laudem cum propheta, quoniam requiret illa DEVS. In DEO laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in ſeculum. Humiliaſti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. Sed exurge, quare obdormis Domine, exurge & ne repellas in finem. Tunc plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri florebimus. Quoniam rectus DOMINVS

Epilogus primæ part.

Pſal. 43.

DEVS

DEVS NOSTER, & non est ini- *Psal.91.*
quitas in eo.

SEQVITVR
PARS SECVN-
DA.

INgemiſcimus facilè om- *1.Cori.5.*
nes, donec perfectum lar-
giatur amplius, qui corda
patrum in filios, & inobe-
dientes ad prudentiam iuſtorum con-
uertere poteſt, & ſibi plebem perfe- *Luc.1.*
ctam parare, DOMINVS IESVS,
patris ſapientia. Scindamus ergo *Ioël.2.*
corda noſtra, & humiliemus capita
noſtra DEO, diues hic in omnes, ſeip
ſum nobis per filium ſuum oſtendit,
is inquit: Qui videt me, videt patrem *Ioan.14.*
meum. Oremus corde contrito, vt
ipſe nos veros & genuinos filios Ec-
cleſiæ verumque ſemen Abrahæ, per

fidē et opera Abrahæ, facere dignetur.
Ioan. 8. Tollat malum à nobis, & quod bonū est menti nostræ ingerat, bonæ voluntatis homines efficiat, vt doleamus de commissis, speremus de futuris, vt sint rectore duceq; Christo meliora. Non videmus amplius tetra illa quæ à tergo sunt, nisi in compunctione digna tenaci memoria retinere velimus, vt cautiores simus postmodò ad vitanda mala & eligenda bona.

Demens autē homo ægrè sapit quæ sunt spiritus, quoniam fatuitati mundanæ studuit, & animalis & bestialis fuit. Sed Dominus est, q trāsmutat feros hominum cultus in obsequentes mandatorum Dei cultores, homines, bonum cognoscentes. Erigamus ergo mentem animumq; in sydera ad Deū, vt noua faciat omnia, vitiata transformet. Qui opus habet prudentia, à
Iaco. 1. Deo postulare debet, vt Apostolus monet, idq; per sedulas preces. Si enim orans DEVM, sapientiam inuoca-

ueris,& inclinaueris cor tuum prudẽtiæ, ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illã: tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam DEI inuenies. *Quia Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia & ſcientia. Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter, ſeruans ſemitas iuſtitiæ, & uias ſanctorum cuſtodiens. Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium & æquitatem & omnem ſemitam bonam. Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te, & prouidentia ſeruabit te, ut eruaris à uia mala, & ab homine qui peruerſa loquitur: qui relinquunt iter rectum, & ambulant per uias tenebroſas.* Prou. 2.

Dominus IESVS, ſapientia DEI patris, prudentes nos eſſe iubet ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbas. Vtinam ad vocem incantantis Sathanæ aures, vti Vlyſſes prænauigans Syrenes, obturemus, ne fiſtulæ incantantis ſonum percipiamus. Nolumus Sathanæ ſibilis acquieſcere, quia homicida eſt, accuſator eſt & Matth. 10

 ne-

nequam. Circuat nos, non deuorabit, quia, Dei adiutorio, fortes in fide resistemus. Iugum Sathanæ execrabiliter durum, Christi leue est & suaue, Christo seruire regnare est. Peccatum ex diabolo mortem dat pro stipendio, contritis dominus IESVS dat veniam & vitam. Compuncti idcirco doleamus, si vnquam serpens mendax superbia, luxuria siue auaritia circumuenit imprudentes nos, iam cautiores fugiamus anguem in herba, Apostolum aduertentes, qui ait: Quod superest fratres mei, sitis fortes per Dominum perque potentiam roboris illius. Induite totam armaturam DEI, vt possitis stare aduersus insultus diaboli, quoniam non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi Dominos, rectores tenebrarum sæculi huius, aduersus spirituales astutias in aëre, Dominus auxiliabitur nobis, qui eum vicit,

Ephes. 6.

cùm

cùm tentaret. In ſigno quo Conſtantinus Imperator hoſtes ſtrauit, fudit, fugauit, & nos vincemus, ✠ ſuperabimus & triumphabimus. Semen mulieris, Abrahæ, ſeu malis Dauidis ſerpenti caput contriuit, quoniam inter eum & mulierem facta inimicitia eſt. Vicit ergo LEO DE TRIBV IVDA, ALLELVIA. Gratia ſit agno qui fortem ligauit. Arcus fortiorum ſuperatus, infirmi accincti ſunt robore. Moriendo mortem deſtruxit immaculatus DEI agnus, & vitam ex mortuis reſurgendo reparauit. Qui habet claues vitæ & mortis, liberat nos per ſignum hoc ſalutare. Militabimus libenter ſub hoc vexillo regio, amici crucis Chriſti, inimicorum noſtrorum ventilabimus cornu, & protecti crucis ſignaculo virtutem faciemus. Abrenunciat vetulus miles Sathanæ, cum quaſi modò geniti infan-

Matth 4
Geneſ. 3.
Pſal. 36.
Pſal. 45.
Eccleſia.

infantulis,& nouus ſtratiota effici-
tur. Vide mi ſacerdos cooperarie,qua
authoritate excellenti increpas Satha
Ecclesiæ Exor. nam baptizando paruulos. Exi male-
dicte Sathana, dicis. Da locum adue-
nienti ſpiritui ſancto. Hocpro infan-
tulis,in miniſterio diligēter ſerioq; fa
Mat. 18. cis,qd ꝑ te agas neſcio. Et nobis opus
eſt vt fiam⁹ ſicut paruuli, vtq; domi-
num rogemus,eijciat dęmonium me-
ridianum,& Legionem ſi adeſt. Vita
noſtra tricis multis eſt inuoluta &
caſsibus ad illaqueandum, non niſi
adiutorio Dei,& eiectione immundo-
rum ſpirituum nos expediuerimus.
Anthonius vidit venationem & retia,
Quis,inquit,effugiet? Heus vos mili-
tes patientia & pœnitentia vincit. Mi-
Iob 7. litia inſuper eſt vita noſtra,& perpe-
tuum certamen cum Sathana, carne
& mundo,cum concupiſcentia & vo
luptia effreni. Interim nolumus & cū-
ctabundum militem. Dic mihi belli-
gerator inclyte,quis eſt Domin⁹ tuus?

Vnum

Vnum diliges, alterum odio habebis. Qui non est tecum, contra te est: qui non colligit, dispergit. Christi cruce signatus, sub eius stipendio militas. Quare age confestim fœdi fuge castra colubri, Inficit atq; animæ, qua potest arte nocet. In tabernaculo domus DEI tutus eris, sub vmbra alarum suarum proteget te DOMINVS. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconē. Aspice æneum serpentem in deserto & crede, nihil igniti & venenati morsus nocebunt. Tutus eris ab æstu, saltem confidens esto in luctu, & alliga gladium super femur tuum potentissimē. Nónne Dauid paruulus immanem terræ filium Goliath funda & lapide superauit, proiecit, inq; collum capulo tenus abdidit ensem, superbū vicit humilis, fastuosum modestus, elatum modicus, inquietum pacificus. Ecce ita porrigit manum Dominus confligenti contra canem illum in-

Matt.6.

Psalm.90

1.Reg.17.

infernalem Cerberum Acherontiadem. Per te dextra D E I facit virtutem, in brachio forti, deponit potentes de ſede, & exaltat humiles, hic Dominus noſter qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Theodora ore prophetico, cecinit: Ecce mi ſtipendiarie, ita immundás ſpiritus nobis crux Chriſti ſubditos facit, & ver-
Luc.10. bum eius. Gloriemur ergo, ſed in hoc magis, quod nomina noſtra ſcripta ſunt in cælis. Quid ergo domino retribuendum? Non eget bono-
Pſalm.115 rum noſtrorum: Calicem ſalutaris accipiemus, & nomen Domini inuocabimus, hoc ex corde contrito & ſpiritu valde in pœnitentia humiliato. Sit hoc rogo noſtrum coram D E O
Pſalm.50. ſacrificium. Alterum eſt, vt diligamus in veritate proximum, eum be-
Ioan.3. neficijs nobis deuinciamus, & inimicos diligamus, omnium offenſarum obliti, propter illum qui decem mi-
Matth.18 lia nobis talenta condonauit. Si

enim

enim ex corde non remiſerimus, ita pater cæleſtis faciet nobsi. Frendeat caro licet, tu audi Spiritum loquētem bona, congere inimico carbones in caput ſuum, hoc facies ſi diligas, & pro malo bonum præſtes. Beatus eris ſi hoc feceris, Dominus retribuet pro te abundanter facientibus ſuperbiam. *Matth.5.*

Aliud eſt quod huic ſtudio ſuccedit, miſerendi promptitudo, qua puſillos Chriſti adficimus, minimi hi ſunt, quorum angelio faciem patris in cælis vident, pupilli, deſerti, orphani, viduarum filij: Beatus qui hos agnoſcit, Deo & ipſe notus erit. Pauperes ſemper habetis vobiſcum, ait Dominus, iſtis poteſtis benè facere. O Iuda in cœtu Apoſtolorum eras, ſed malus diſcipulus vera cura pauperum non attingebat, licet audiebaris, fur eras, gerens loculos. Audi ſcelerate clerice, auari Iſchariotis imitator, an ſacerdotis mereris titu- *Marc.14.*

titulum, qui pauperibus asper, tibi soli studes, te pascis, te suffarcinas? Furti certa tibi reddenda est ratio, cuius simplex non est species, quod defraudas miseros & egenos. Infelix Mammonista redi ad mentem meliorem, da vt
detur tibi: si adfluunt diuitiæ, noli cor
Psal. 61. adponere, quoniam computrescent, & à tineis demolientur. Absconde in sinũ pauperis, in cælis thesauriza, ne
Matth. 6. deripiant fures. Nolite, ô viri rapaces, qui ad accipiendum manus Harpyarum habetis, nolite inquam sperare in iniquitate, & rapinas nolite
Ioan. 4. concupiscere. Audite consilium prophetæ: Consulo tibi ô rex peccata tua Eleemosynis redime, Audite Psalmistam: Beatus qui miseretur & commodat. Beatus vir qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala libe
Psal. 40. rabit eum Dominus. Quod superest, inquit Christus pharisæis, date Elee-
Luc. 11. mosynam & omnia munda erunt. Ipsa charitas DEO nos commendat nó
ero-

ogati quantitas, saltem adsit bona
oluntas. Habes multum, senior To-
iæ suo dixit, multum dabis: si modi- *Tob.4.*
um habes, & hoc non grauatim ex-
ende in quantum tenuè est. Duo mi-
uta æra pauperis viduæ commendat
Christus supra facultates diuitum *Marc.12.*
ximias, tantum abest vt despiciat.

Presbyteri statum commendat &
ornat munificentia, sordida autem te-
nacitas deturpat. Si gentiles auariti-
am sugillant, Christiani rectè detestã-
tur, quippe cum auaris regnum cælo-
rum interdicitur. Proinde Apostolus
presbyterum instruens, liberalem & *Timot.3.*
hospitalem desyderans ad dandum
prouocat non ad accipiẽdum. Melius
etenim est dare quam accipere, inquit
S. Scripturæ veritas. Distributionis &
collectionis pro domesticis fidei pau
peribus, acta Apostolorum sæpe me-
minerunt. Ananias & Saphira ob tan *Act.2.10 & 11.*
tillũ lucri reseruati, morte subitanea
conciderunt. Væ ergo philargiris ma *Act.5.*

ximè ſacerdotibus & proprietarijs
monachis. Pecunia illorum ad tur-
pem vſum coaceruata, in ſudarium
abſcondita, ſit illis perditioni. Ne-
gotiatores illos, non in genere pio,
vt fœnorentur Domino per miſeri-
cordiam pauperum, ſed in præben-
dis aut vendendis aut commutandis,
Luc. 12. ſitis aliquando in flamma, & extre-
ma vexabit mendicitas. Pœniteant
2. Cor. 9. cito ſi ſe ſeruatos malunt. Hæc res
eſt, qui parcè ſeminat, parcè & me-
Gal. 6. tet. Videant auro & argento inhi-
antes lupi & pecuniarum voragines
cui congregent, vlulabunt & plora-
bunt, cum euigilabunt nihil inue-
Iaco. 5. nient. Omnis auarus Idololatra,
Ephe. 5. Apoſtolus hoc innuit. Satan qui fal-
lacibus ſe inuoluit diuitijs, ad hoc va-
na falſaque pollicetur, vt à vero
Deo declinent corda, & colant pro
eo modicum metalli. Horrendum
eſt auditu. Attende quid dicat filio

DEI

DEI, qui terreſtria nulla accepit, donans cæleſtia: Hæc omnia dabo tibi, ſi procidens adoraueris me. Serpens hoc aſpidum venenum ſeminauit in vineam domini. Non ſatis eſt groſſo conductos laborare inibi pro iuſta mercede, qui & iniuſto titulo diteſcere nituntur, turpem quæſtum exercentes. Nónne ipſos Sathan captiuos & vinctos in mendicitate circunfert? O quam difficile eſt vt diuites regnum cælorum intrent. Quid ergo? Diuitiæ laqueus ſunt & ſpinæ, ſuffocant multos & pungunt plurimos. Sequamur ipſum, qui nos vult ſpiritu pauperes eſſe, vt diteſcamus in cælis, ibi theſaurus noſter, exemplo ſui, qui vulpes dixit foueas habere, & volucres nidos, ſe autem vix tantum vt caput quieti reclinet.

Matth.4. *Matth.20* *Marc.10.* *1.Tim.6.* *Matth.13.* *Matth.5.* *Matth.8.*

Sed vſquequò graui corde, vt quid

diligitis vanitatē & quæritis menda-
ciū. Beati misericordes, qm̄ misericor-
diam consequentur. Ecce ingens pro-
Oseæ 4. misßio. Væ qui peccata populi sine vl
la misericordia manducant. Væ ite-
rumq́; væ pseudo illis Christianis, qui
turpem vsuram totumq́ue æs confe-
runt cum impijs Iudæis, & eorum ini-
quitati participant, de hac immani
crudelitate suo loco dicemus. Cùm
autem tanta inundauit malitia, quis
non iratum cælorum numen arbitra-
bitur? Iura silent, charitas refrixit, ini-
quitas præualuit, & portentosæ frau-
des vbiq; caput erigunt, opprimitur
iust9. Orphani & pupilli nulla ratio,
vidua clamat, non inuenit qui adiu-
uet, munera iudices corrumpunt, &
omnes post aurum abierunt, animas
suas palo alto suspendunt, & venales
habēt. Ah ah in omnibus plateis vsu-
ra & dolus. Quomodo effugiemus
Marc. 10. iram Dei? Quis potest saluus fieri, hoc
quoniam hominibus poßibile nō est,
ad

ad misericordiam DEI cito pede confugiamus.

Quoniam autem in arca Noë, id est Ecclesia crucifixi immunda & munda animalia sunt & conseruantur. Credimus peccatores, publicanos & meretrices saluari, quemadmodum affirmat dominus: Nihil eorum odit quę fecit. Qui multum peccauit, multa opus habet misericordia. Decem millia talentorum vni, alteri centum donauit denarios. Vbique diues, vbiq; misericors DOMINVS. Requirit ergo & ordo & promissio vt de immensa DEI misericordia, sine qua saluari nequimus, breuiter aliquid differamus. *Matth. 18*

Misericordiæ Domini profundæ sunt & abyssus & altitudo, non habēt modum, non habent numerum; hoc Psaltes canit: Multiplicasti misericordiam tuam Domine, & homines saluas, & iumenta propter eos. Eas idem propheta antiquas appellat miseri- *Psalm. 35.*

cordias, quaſi non cœperint modò, ſed ab æterno: & quod non deficient, ſed ſemper durabunt. Audiamus ergo ipſum patrem & Dominũ miſericordiarum differentem & promittẽtem:
Deut. 5. *Ego ſum Dominus* DEVS *tuus, Deus æmulator reddẽs iniquitatem patrum ſuper filios in tertiã & quartã generationẽ his qui oderunt me, & faciens miſericordiam in multa milia diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea.* Et Deuteron. 7. Et ſcies quia Dominus Deus
Deut. 7. tuus ipſe eſt DEVS fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe. Inſpiciamus orationem Manaſsis, & inſcrutabilem Dei miſericordiam ediſcemus.
2. Paral. in fine. Omnes pauent & tremunt à vultu tuæ virtutis, & inſuſtentabilis ira ſuper peccatores cõminationis tuæ: immenſa verò & inueſtigabilis miſericordia promiſsionis tuæ, quoniam tu es Dominus Deus altiſsimus ſuper omnem terram longanimis & multum miſericors, & pœnitens ſuper malitiam hominum. Et in fine orationis: Peto

rogans te Domine remitte mihi, remitte mihi, ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum reſerues mala mihi, quia indignum ſaluabis me, ſecundum magnam miſericordiam tuam, &c. Exemplum nobis ad conſequendam Dei miſericordiam offertur hîc. Inuocemus Dominũ, citò anticipabũt nos miſericordiæ eius. Ecce ſemper nobiſcũ eſt Dominus in multitudine miſerationum. Subſequitur nos miſericordia Domini, & ſemper nobis comitatum pollicetur. Qĩn DEVS miſerans trahit & ducit ſecum miſericordiam nobis conferendam, & nos in illa ſemper conſeruat. Confiteantur ergo Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Verſus ille intercalaris, & redundans iterum, ſuaui melodia replicationis in hoc pſalmo non ſine myſterio & fructu tantæ rei repetitur, vt opus ſit eum quoq; qui proximè præcedit *Pſal. 106.*

considerare: Et dedit in misericordias omnes qui cœperant eos. Quare dilecti in Domino, misericordias & non misericordiam legimus? Legimus vtrunq;, sed sæpè pluraliter.

Tot tãtisq; malis periculis vna nõ sufficit misericordia, vt neq; vnus panis multis esuriẽtibus, quanuis gratia Christi impleat omnia, & nihil in puncto deest quod cuiq; opus est, sed humaniter loquendo vnus non peccat sed malus, plurimã misericordiam & copiosam redemptionem exigimus. Ita prophetam Dauidem dixisse con-
Psalm. 85. stat: Multæ misercordiæ omnibus inuocantibus te. Item dedit eos in
Psalm. 105 misericordias Prophetæ, & videntes cæteri varijs modis consolantes nos misericordias domini extulerunt:
Psal. 106. Intelliget misericordias Domini.
Psal. 118. Item: Misericordiæ tuæ multæ sunt.
Psal. 55. Alibi: Misericordias Dauid fideles. Et ne dicas vocem hanc & exclamationẽ esse irritã, audi zelum pij cordis,

audi

audi præconium in voce confeſsio-
nis: Miſericordias Domini in æter- *Pſalm.* 88
num cantabo. Erudit nos pius pro-
pheta, vt ſemper glorificemus Deum
in cordibus noſtris, qui dedit nobis
miſericordiarum fontem filium ſuũ,
ille ſemper iſtas nobis à patre impe-
trat verus mediator & aduocatus no-
ſter. Hic nobis confert omnia, & hoc
prophetæ teſtati ſunt, principem eum *Eſai.* 35.
pacis nominant, vt qui omnia ſecum
in humeris ferat, quæ ad conſeruan-
dam pacem cum DEO & homine po
terunt. Dabo vobis miſericordias *Hier.* 42.
& miſerebor veſtri. Audi Chriſtum:
Amen amen dico vobis, non poteſt
filius à ſe facere quicquam, niſi quid
viderit patrem facientem. Quæcunq; *Ioan.* 5.
enim ille fecerit, hæc itidem & filius fa
cit. Pater enim diligit filium & om-
nia demonſtrat ei quæ ipſe facit, &c.
Ita quemadmodum pater miſericors
eſt, miſeretur filius, non ſuper paucos,
ſed ſuper multos, audi ipſum dicen-

tem iterum: Miſereor ſuper turbam.
Ecce, hæc ſunt viſcera miſericordiæ
Dei noſtri. Quid ergo expaueſci-
mus? confortemur cum propheta di-
Dauid. cente, qui vndique ſtringentibus ma-
2.Reg.24 lis Domino confidit, inquiens: Me-
Cap. lius eſt vt incidam in manus Domini
quàm hominum. multæ enim miſeri-
cordiæ eius. Super multos peccatores
multæ miſerationes. Multa eis pecca-
ta dimittuntur, nónne ex multiplica-
Luc.7. ta miſeratione? Vt in vno criminoſo
corde multa inſūt vitia & peccata, ita
in vnicis viſceribus miſericordiæ Dei
multæ miſerationes. Fiant ergo mihi
Pſal. 118. miſerationes tuæ & viuam, orabis, vt
audias mirificas conſolationes am-
plius. Mare habes & non exhauries
cochleari miſericordias Domini, quę
fluunt cum impetu in ciuitatem Dei &
eam lætificant.

Genus humanum condidit ſum-
mus

mus rerum omnium creator, vidit quod iam facti recens homines peccarent ocius: Pœnitet, inquit, me feciſſe hominem, perdidit diluuio quem creauit, & deleuit de terra. Vbi re- *Gen. 7.*
licta & conſeruata paucitas iterum ſuccreuit, denuò vias ſuas ambulare inceperunt, in iuſtificationibus non incedentes. Ecce, miſeri homines qui mortem commeruerant, viſcera pietatis Chriſti commouerunt, vt mitteret quem prophetæ prędixerant, principem pacis & vitæ authorem IESVM. Venit ſalus & benedictio cum illo qui venit in nomine Domini. Ecce miſericordia & iuſti- *Pſalm. 84*
tia de cælo proſpexit. Venit miſera- *Aggei. 2.*
tor Dominus, deſiderium gentium *Mich. 5.*
& æternorum collium, dominator Iſraelis, Sol iuſtitiæ. Ante eum veritas & iudicium, & miſericordia prę-cedens faciem ſuam & ſubſequẽs: Audi Spiritũ Iſaiæ. Feriam vobiſcũ pactũ ſem-

ſempiternum miſericordias Dauid
Pſalm.55. fideles. Dabo vobis miſericordias, &
Hier. 43. miſerebor veſtri. Reuertar ad Hieru
Zach. 1. ſalem in miſericordijs, & domus mea
Hier. 31. ædificabitur. Idcirco conturbata ſunt
viſcera mea ſuper eam, miſeris miſe-
rebor eis, dicit Dominus. Quomodo
legimus alibi: Miſerator & miſeri-
cors Dominus, patiens & multum
miſericors? Et quid hi loci qui eliciun
tur ex ſacrarũ literarum abditis, nón-
ne miſericordias Domini largas de-
ſignant?

Eſa. 57. Nón in ſempiternum litigabo, ne-
que vſque in finem iraſcar. Iterum? In
indignatione mea percuſsi, & recon-
ciliatione mea miſertus ſum tui. Item,
Eſa. 6. Ad punctum & in modico dereliqui
te, & in miſerationibus magnis con-
Eſa. 54. gregabo te. De manu mortis libera-
bo eos, redimam & conuertam lu-
ctum eorum in gaudium, & conſola-
bor & lætificabo à dolore ſuo. Ali-
Hier. 71. bi apud alium prophetam, Et con-
uertam

uertam eos quia miserebor eorum,& Zach.10.
erunt sicut fuerunt quando non pro-
eceram eos,sanabo contritiones eo-
um,diligam eos spõtaneè, quia auer
us est furor meus ab eis.Sed quid co-
ior mare exhaurire cochleari? Abys Osee14.
us abyssum inuocat. O altitudo,
misericordiarum viæ inuestigabiles
unt.

Peccabimus ergo in licentia & ab-
sione,cùm omnes viæ Dei misericor
ia? Absit. Longanimitas & misera- Rom.2.
o diuina ad pœnitentiam nos inui-
t,quam nisi statim parabimus,peri-
mus simul omnes. Manus Domini Luc.13.
auata est super nos.Scriptura adest,
stimonium perhibet de Christi bo-
tate, & si negligamus, seueritate.Et
er est & iudex,agnus bonis,leo ini-
is. Elegamus meliora.Pereant pec
tores à facie Dei. Sicut lutum pla-
rum delebo eos. Confundantur Psal.24.
nes iniquè agentes.Reddam vltio
hostibus meis. Congregabo super
eos

Deut. 32. eos mala: Ecce iudicia recta, timeamus, attolentes capita nostra, quoniam instat saluatio nostra. Psalm. 4. Compungamur in cubilibus nostris. Quemadmodum membra nostra præbuimus immunditię, ita iam in hostiam viuentem ad orandum & inuocandum pura mente DEO conferamus. Esai. 26. Audi consilium Esaiæ: Vade populus meus inter cubilia tua, claude ostium, abscōde te modicum, donec pertranseat indignatio mea. Et Sapiens ait: Qui prudens est, silebit in tempore malo. Hoc non intelli ge de peccato, dices hoc & confitebe ris aduersum te. Iustus sui est accusator est. Cain malus simulauit, Adam negauit, reijciens culpam in vxorem. Tu culpam tuam fatebere & maximam culpam, postea ne desperes cum Ischariothe & Achitifel, ad misericordiam IESV confugies, in vulnera sua te cum peccatis abscondes: Ipse enim est qui miseretur

tur

tur omnium,& nihil eorum odit quæ fecit. Vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem sui nominis peruenire. Quicunq; enim inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quæramus ergo Deum puro corde & viuet anima nostra, fructus pœnitentiæ inueniunt & placant DEVM, cuius proprium est misereri & parcere.

Sapi.11.

Ioël.2.

Ecclesiæ oratio.

PARS

PARS TERTIA
SEQVITVR.

SÆculorum fines, in nos, ô fratres & ſocij mei, deuenerunt, excitemur ſacro alite, ſentiamus dolorem noſtrum. Multi ſunt Antichriſti, & iam præcurrũt filium perditionis mentientes in nomine diaboli. Attendite vobis & vniuerſo gregi,
Act. 20. inquit Apoſtolus, bene lupos præuidens & rectè agnoſcens. Calamitas ſuccreſsit in gregibus, vigilans & ſo-
S. Hieron. brius doctor ait: Vigilantes ſimus in ſpecula Eccleſiæ, exaltemus vocẽ nõſtram, ne cõqueratur de nobis, canes nes ſunt nõ valentes latrare. Nullũ bolũ fauces veſtrę à furibꝰ accipiãt, vt taceatis: nõ accipiã buccellã tuã, inquit catellus Æſopicꝰ, ſi accepero, domini mei bona aſportabis. Nolite portionem

nem ſumere cum diſcolis. Oleum peccatorum non impinguet caput veſtrum. Potiùs veſtra bona auferant alij, quàm cor rectum in Eccleſia & nõ corrumpendum. Nihil perdidiſtis fratres: ſi aũt, quod Deus auertat, iniquitati & mẽdacio cõmunicatis cum furibus portionem accipitis, amiſiſtis omnia. Is facilè contemnit terreſtria, qui adſpirat ad cæleſtia. Phui immane peccatum, inueniuntur qui cõmodo ſtudentes proprio, vt retineant quas poſsident facultates, adulantur, ſimulant, conniuent, verè diligentes periculum. Boni prius facerent omnium bonorum iacturam, quàm vt hoc ſuſtineant. Audi Apoſtolum: Direptionem facultatum veſtrarum cũ gaudio accepiſtis, ſcientes vos habere in vobis potiorem ſubſtantiam in cælis eamq; manentem. Ne abieceritis *Hebr. 10.* ergo fiduciam veſtram, quæ magnam habet præmij retributionem. Nam patientia vobis eſt opus, vt vbi volun-

taté Dei peregeritis, reportetis promiſſionem. Adhuc enim puſillū tēporis, & q vētur⁹ eſt veniet & nō intardabit: huc vſq; vas electū admonuit. Stemus ergo ſuccincti lūbos mentis noſtræ, fratres, & ſegregemur ab ipſis, qui nobiſcū colligant, vt inuenimur, ita iudicamur, exite, ſurgite, fugite. Hæc enim dicit qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua: Qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum,
Apo. 2. ſcio opera tua & laborem & patientiam tuam, & quod non potes ſuſtinere malos, & tentaſti eos qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe & non ſunt, & inueniſti eos mendaces, & tuliſti. Et patientiam habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti. Sed habeo aduerſum te, quod charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam.

Qui impiè viuunt fratres, malum exitu ſortiuntur, non prætereamus

clau-

claudicantes, recto incedamus gressu, dirigat in viam pacis salutis author Christus Dominus, quem apud patrem aduocatum habemus. Si peccauimus, relinquamus malorum consortia & calidi simus aut frigidi. Qui periculum amat, peribit in illo. Omnibus esto comis, benignus & lenis, ita vt fidei tuæ rationem, si opus sit, syncerè reddas, crucem & verbum Christi non erubesce, dic cum Eleazaro: *2.Mach.6*
Non ætati nostræ dignum est fingere, vt adolescentes propter meam simulationem decipiantur. Illustre exemplũ obseruatæ legis paternæ. Ita etiam septem fratres constantes asseuerabant: *2.Mac.7.*
Parati sumus mori magis quàm patrias & Dei leges præuaricari. Et nos fratres, inter nos pro traditione patrũ nostrorum signa constãtis animi demus, non simus arundines quæ mouẽtur à vẽtis, animemus nos, adhortãtes inuicẽ, mutuis orationibus inseruiẽtes Dño die ac nocte. Debemꝰ hoc nobis

&omnibus vt diligamus, diligentes
benè paſcunt oues Chriſti. Charitas
non agit perperam, maior eſt inter
ſpem fidemque, operit peccata multa
1. Cori. 13. & inuenit Deum. Qui odit fratrem,
1. Ioan. 5. manet in morte. Benefacite ijs qui o-
derunt vos. Si eſurit inimicus tuus, pa-
ſce illum. Errantes aſſumite, inqui-
etos corripite, manſuetudinem ante
omnia oſtendentes. Qui ligati ſunt
compede diabolico, ſi requirunt, ſol-
uantur, contriti erigantur, puſillani-
mes in verbo Chriſti conſolentur:
In primis hîc nobis attendendum eſt,
vt bonorum operum nos quoq; in pri
mis reperiamur artifices, ne nos fœda
Matth. 5. captiuitas detineat. Cæcus cæcum
ducens nónne ambo in foueam ca-
Luc. 6. dunt? Erubeſcas tu ipſe ligatus cùm
ſis, alium ſoluere feſtines facis: quidē
benè quod misereris, dictum & hoc
eſt: Tu prius animæ tuæ miſerere: au-
thoritate peccatorem ſoluis, non dig
nitate, illi confers medicinam, mali
pro-

proprij nō exhauris ſentinam, hoc faciendum, illud non omittendum. Quare & tu reconciliare DEO tuo, oſtende vlcus cōſeruo tuo, pande tabficum vulnus vt ſaneris. Hoc Apoſtolus monet: Confitemini alterum peccata veſtra. Non confide tibi, quaſi nihil deſit. Si iuſtus ſepties in die cadit, quoties homo non bene cautus? *Prou.24.* Noli ergo criſtas erigere, & ſublimes iacere oculos, noli alitis Iunonis greſſum incedere, pulchræ plumæ ſunt, vnde ſuperbias, pedes conſidera, & reſidebunt extenſæ alæ. Ad contendendam ſuperbiam facit cognitio ſui, illa humilē confeſsionem cauſatur & adducit contritionem, adfert miſericordiam & compaſsionem. Tentati, alios feruentius diligūt & agnoſcūt, cōpeccantes non contemnunt, omnibus fiunt omnia vt lucrifaciant. Feroculi inueniuntur, qui in mirabilibus ſuper ſe feruntur, ambulant in magnis, quorum, ſi ceciderint, caſus ſolet eſſe

grauior. Beatus homo qui ſemper eſt
Eſa. 40. pauidus. Colles humilientur & montes deſcendent, qui ſunt eiuſmodi, humilibus nō cōſentiant, cōdeſcendant, cum alijs laborent in gemitu, & plorent coram Domino, qui non habent propria, deflebūt aliena peccata. Hęc virtus eſt amoris, veræ compaſsiuæq; iuſtitiæ radius. Iuſtitia noſtra abundabit plus quàm ſcribarum & phariſęo-
Matth. 5. rū. Cōfitētes peccata ſua facti ſunt filij Abrahæ, domū iuſti repetiuerūt. Inflati manſerūt in peccatis ſuis. Diues ſomniat multa, cùm euigilat nihil inuenit. Cogitationes eius quaſi ſomniū
Pſalm. 75. dormientium ait propheta. Ecce ipſi quoq; peccatores abundantes in ſecu
Pſalm. 72. lo, euigilabunt & nihil inuenient. Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates, capi
Amos 6. ta populorum ingredientes pompaticè domum Iſraël. Superbus Deo eſt contrarius & non ſubſiſtit. O Iuſtitiarij in longis veſtibus primos diligen-

tes

tes recubitus in cathedra ſedentes ſcribæ & phariſæi, audite prophetam: A facie tua montes defluēt. Et ſic alius valde oportunum & cōmodum monēs, in tēpore hortator adeſt: Aſſume planctum ſuper filios. Aſcendit domus Dibon ad excelſa in plāctum. Dicamus ergo & nos in communi, & vnuſquiſque pro ſe. Super montes aſſumam fletum. Eccleſia mons pinguis eſt, mons plenus, ad orandum, ad culpam deprecandum, ad plorandū, aſcēdamus. Inter veſtibulū & altare plorabāt ſacerdotes, dicētes: Domine parce populo, & ne des hæreditatē tuā in opprobriū vt dominentur eis nationes. Conuertimini ad me in toto corda veſtro in ieiunio & fletu, ſcindite corde veſtra. Si tēpora vltionis feſtināt adeſſe, & p̄ foribus mortē eſſe perſpeximus, vt reuerà eſt. ſtipēdiū eñ peccati eſt. Cū Ezechia rege Iuda lachrymabiliter ſpaciū vlterius orabim9, is fleuit fletū magno, & obtinuit 15. annos. Protegit eū

Eſai. 64. *Ezech. 19* *Eſa. 15.* *Hier. 9.* *Ioël. 2.* *Eſai. 38.*

Dominus,& de manu Aſſyriorum liberauit. Peccata populi ſui defleuit ſaluator noſter, intuens ciuitatem ſanctam factam adulteram, in qua iuſti-
Luc.19. tia & lex vigere ſolebat. Reſpiciat quoque ad noſtra habitacula miſerator dominus, & ad fœda peccatorum buſta, det vocem ſuam, vt ſurgamus ex monumento fœdæ ſpurcitiei bis; mor-
Ioan. 11. tui peccatores. Apoſtolorum quoque Petri & Pauli & aliorum ſanctorum feruentes lachrymas conſideremus, & ipſius qui dixit: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, &c. Audiamus pios patres de fletu Chriſtiano piè diſſerentes. Holocaſtum ſiccum eſt bonum opus quod orationis la-
Hieron. chrymæ non infundunt. Vniuſcuiuſque mens tantum pœnitendo compunctionis ſuæ bibat lachrymas, quátum ſe à DEO meminit amiſiſſe per
Gregor. culpas. Ambroſi9 negatoris caſum in-
Super Lucā libr.9. tuēs & quis eſſet, poſtmodò ita infert: Petri lachrymas vidimus, ſatisfactionem

nem non vidimus.

Lachrymæ pœnitentium, vinum sunt angelorum, quia in illis odor vitæ, sapor gratiæ gustus indulgentiæ, sanitas redeuntis innocentiæ, reconciliationis iucũditas, & serenatæ conscientiæ suauitas. Et alius: Nemo ad Deum aliquando flens accessit, qui non quod postulauit, acceperit. ipse enim flentes consolatur, dolentes curat. Da & nobis panes lachrymarum pie Domine, & potum in mensura. Eheu frigida sunt corda nostra, donec calicẽ Domini non bibimus, infruniti & incompuncti conspicimur, voluptates & vanitates amplectimur. Non sumus in labore cum hominibus, & nõ flagellamur cum ipsis, propterea quasi ex adipe prodijt iniquitas nostra, & transiuit in affectum cordis, propterea iocis & hilaritate perstrepentes, quasi nullus clamor in plateis nostræ Ecclesiæ, quasi luctum non sentiat, misceri nobis vina iubemus. Nunc est

Bernhar. super cāt.

Chrysost.

bibendum, nunc pede libero pulsanda tellus.

Sume Mecœnas cyathos amici
sospites centum
Dona pręsentis cape lætus horę, ac
linque seuera.

Hora. in odis.

Hæc est securitas fratres, in corpore & carne, secura opus est mente. Epicuri de grege porci curant vt corpori benè sit, nos animæ curam gerimus. Quomodo ergo benè erit nisi per expiationē peccati? Purgatur corpus catapotijs, pillulis & potionibus; expelluntur superfluæ humiditates, & peccantes materiæ eijciuntur. Cur non animæ vitiosas aggrauationes euacuamus, hoc fit per compūctionis lachrymas. Aqua lachrymarū in agro cordis admodū est necessaria. Si habes ariditatē, dic Dño vt det oculis lachrymas. Nō dicas: Sedeo regina & vidua nō sū, & luctum non videbo. Esto Domino supplex & fiet tibi, vt ipsis cōiungaris, de quibus hoc prophetę: Euntes ibant & fle-

Apo. 18.

& flebant mittentes semina sua. Sua- *Psal. 125.*
deat nobis Othonoël, sicut Axæ vxo-
ri suæ, vt apud patrem conqueratur
possessionem habere arentem & per *Ioan, 15.*
consequens sterilem. Caleb pater da-
bit irriguum superius & inferius. In
nomine quoq; IESV & nos patri di-
cemus; Anima mea sicut terra sine a-
qua tibi, vt det nobis dignè deflere ma
la quæ fecimus, tunc fluent aquæ cum
impetu de Libano. Sedentes flebimus *Psal. 138*
iuxta flumina Babilonis misere, huius
mundi in maligno positi. Aufer à no- *Ezech. 37*
bis ô domine cor lapideum & da no-
bis carneum, & fluēt aquæ de saxo du
rissimo, & petræ oleum dabunt. Ciui-
tas si est obsessa, deficiet & marcescet
si hostes aquam prohibent, homines
arescūt & languēt præ inopia. Nunq̃
oculi in ciuitate habitationis nostræ
deficiant, faciat Deus, qui rore, prui-
na & pluuia sterilitati succurrit. Li-
bet adducere quod nuper legi, ex-
empli causa: Holofernes dux Na-
bu-

buchodonoſorBethuliam obſidebat,
& miſerã Iudæorum gentem terruit vi
& armis milite copioſo,& quod mi-
ſerorum cladem maiorem ſignifica-
bat, hoc erat quod aquas illis ſubdu-
ceret,& obturaret venas, ne redderẽt
circũcinctis aquas, ad potandum iu-
Iudith. 7. mentis & hominibus, hoc malo per-
culſi,deliberarunt Holoferni tradere
ciuitatem. Holofernes Satan eſt,ipſe
peccatori obſeſſo furatur contritium
fontem, omnemq; adimit lachrymã,
ita miſer concidit. Oremus ergo De-
ũm & patrem Domini noſtri IESV
Chriſti,vt pluuiam voluntariam ſegre
Pſal. 67. get nobis. Fluminis impetus lætificat
ciuitatem DEI. In excelſum montem
Pſalm. 65. aſcende,& circumſpice de nubecula,
vnde colligas pluuiam venturam ad
ſiccum. Beati qui ſunt ſecus decurſus
aquarum plantati,fructum dabunt in
tempore ſuo. Myſterio non caret ros
in vellere Gedeonis, pulchra roſa ſu-
Pſalm. 1. per riuos. Qui hic lugent,conſolabun
tur

tur & beati erunt: qui rident, plora- *Matth. 5.*
bunt. Flebunt reginæ in ſuperbia, &
reges terræ plangent qui cum illa ſcor
tati ſunt, & vixerũt in delitijs, cum vi-
derint fumum incendij eius ſtantes
propter timorem tormenti eius, dicen
tes: Væ væ ciuitas magna illa Baby- *Apo. 18.*
lon, quoniam in vna hora venit iudi-
cium eius. Et negotiatores terræ flent
& lugent ſuper illa, quoniam merces
eorum nemo emit amplius. Domi-
nus iudicat de meretrice magna, quæ
corrupit terram proſtitutione ſui. Vt
lugeamus vero dolore ad exẽpla nos
cõferentes, Dominum inuocabimus,
vt quæ expediant, imitanda concedat.

Iacob ſciſsis veſtibus, indutus cili- *Geneſ. 37*
cio filium ſuum lugebat multo tempo
re. Ita angeli pacis lugent, ſi auertim⁹
nos à fruitione diuina, & obturamus
corda noſtra in exacerbatione. Scitis
quid ſcriptum ſit in Euangelio: Ceci- *Luc. 7.*
nimus vobis lugubria, & non plora-
ſtis. Ioſeph eleuauit flens vocem ſuam
coram

coram fratribus suis, dicens. Ego sum
Gen. 46. & 50. Ioseph, plorans super singulos. Ecce pietatē fraternam super impietatē fratrum plorantem, & miserias famis agnoscentem, iuuantem & cōsolantem. Et nos iniuriarum obliuisci cōuenit, & donare omnibus offensas.

1.Reg.24 Saul audiens vocem Dauid qui pepercerat, ei eleuata voce fleuit. Ecce durus & persequutor plorat. Quid nō speremus amantes?

Iosias rex Iuda comminationes scriptas in libro legis Domini, ꝓpter peccata, scidit vestimēta & fleuit, multūq; Deo placuit. Nos Deum iratum cernimus, & flagellis, hæresi, vastatione & desolatione iniquitates nostras visitantem, & in verberibus peccata hominum, cur non plorantes vlulamus, quemadmodum fecerunt alij inter
Ioël. 2. vestibulum & altare, vt suprà commemoraui & nos?

Esd.10. Esdras orauit & fleuit propter cōmixtionem populi gentilis cum Iu-

dæis

dæis, collectus est ad eum cœtus grandis virorum & mulierum, & populus fleuit. Christiani qui ab ipso Christo nomen adeptum habent, impijs, & incredulis in vsura & fœnore commiscentur, trahunt iugum cum infidelib9, polluunt fidem, & pietatem abnegāt, pauperes fratres in Verpa recutito, interimunt, iugulant, strangulant eorū sanguinem, vt Sarmatæ, qui equorum cruore gaudent, eliciūt, & bibunt, horrendi exactores pecuniarum, & auri voragines, mendaces, impij & periuri, nisi resipiscant, pœnas daturi cum Anania & Saphira, Nadab & Abni, scelestoq; Hieroboā. O Sacerdotes Christi contra impietatem abominandam clamate, ne tantum scelus inultum ferte. Dicite: Non sic impij non sic. Videat magistratus quid summo iudici respondeat, qui conniuet in re pessima. Deus non irridetur. Hoc alibi fusius attingam, in declamatione contra fœnus Christianorum.

Acto. 5.

Psalm. 1.

Nehe-

Nehemias miserabilem statum ciuitatis Hierusalem fleuit multis diebus, & ieiunabat & orabat ante faciem Dei cæli. O miserabilis facies Ecclesiæ desolatæ. Nemo quærit quæ ad pacem sunt Hierusalem. Filij qui in ea sunt peruersè agunt, fornicãtur, edũt, bibũt, cõseruos percutiũt, rugiũt, helluãtur, vomunt in mensas, dormiunt, pigritantur, decipiunt, mentiuntur, di uitijs & nummis student, adulteri, lenones immundi & impuri, vagæq; libidini shomines, vel potius bruta, & iumenta in stercore. Quantum venationi, compotationi & equitatui vacant, omnibus notum est. Aleam habent, taxillos & chartas lusorias, hoc studium illorum. Si legunt, turpia sunt aut ludicra, ita tempus terunt, qui oret nemo est. Non Testamentum aut Breuiarium in manibus eorum conspicies, sed codicillos & diarium prouentuum, quod registrum vulgo appellamus. Virtus post nummos,

Neh.1.

quæ-

quęrenda pecunia primùm eſt, inquiunt. Videant & ipſi quid futurum ſit, Domin⁹ meliorem mentem inſpirare dignetur, ne cum mundo damnū ſuſtineant irreparabile.

Tobias iunior cùm à parentibus receſsiſſet, cœpit flere mater eius: baculum ſenectutis noſtrę tuliſti, inquit. Et mater Eccleſia non ceſſat flere diſceſſum filiorū ſuorū, quos cū enutriuit deficiunt, & ad ſectas confugiunt: habet idcirco amaritudinem in pace amariſsimam, & dolorum plena mulier vocem emittit. Si iterum perditi, vt groſſus amiſſus inueniri cuperent, accenſa candela quæreret, & gaudium haberet de inuentione groſsi perditi. *Tob. 5.* *Luc. 15.*

Factus eſt fletus magnus in Eccleſia & per multas horas, & vna nocte clamauerunt ad Dominum, Peccauimus cum patribus noſtris, &c. *Iudith. 7.*

Viſcera pietatis Dei commouent preces cum lachrymis, quemadmodū

audiuiſtis, proficua ſemper eſt oratio cum fletu & ieiunio. Si tandem cognoſcimus iudicia Domini, meritò confitemur ꝓpter peccata nos exagitari miſereq; vexari. Doleamus & reſipiſcamus, & oratio non vertetur nobis in peccatum. puras enim manus ad preces attollendas Apoſtolus hortatur.

Pſal. 108.

1. Tit. 2.

Iob fleuit pro miſerijs proprijs, licet iuſtus coram Deo & ſimplex rectiq; tenax, in terra Hus, verſa eſt in luctū cythera mea, & organū meū in vocem flentis inquit. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.

Pie IESV nos commeruimus flagella multa, ſed animi elationem & impatientiam oſtendimus, eoq; miſerijs omnibus miſerabiliores. Quoniam tota vita noſtra malitia referta, cur adhuc ſumus queruli ac ſi indignis modis ea nobis euenirent?

Si patimur merito, pœna ferēda venit.

Omnis

Omnia quæ fecisti nobis Domine, in recto iudicio fecisti; quoniam peccauimus tibi & mandatis tuis nō obediuimus. Peccauimus & iniquè egimus, recedentes à te: & deliquimus cum omnibus, & præcepta tua nō audiuimus nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis vt benè esset nobis. Omnia ergo quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti, tradidisti in manibus inimicorum nostrorum iniquorum & pessimorum præuaricatorumque regi iniusto & pessimo vltra omnem terram. Dan. 3. 3. Reg. 8.

Regem & prophetam Dauidē fletus lauachra habuisse constat, ingemitu rugiebat, miscebat poculum & stratum cum fletu, fueruntilli lachrymæ panes die ac nocte, Deus, inquit, vitam meam annunciaui tibi, & posuisti lachrymas in conspectu tuo. Cæteros quoq; hortatur ad orandum & plorādum vir desyderiorum, Psal. 14. Psalm. 55. Psal. 94.

Venite ploremus: & Esaias cùm vidit destructionem populi, Recedite à me dixit, amarè flebo. Faciamus & nos pro populo qui seducitur ad errores schismaticorum, lamenta rugientia. Eheu maceriæ destruuntur in vineis, qui non conducti sunt accedunt & conculcant, botros calcant & fructum faciunt in abusione, hoc prophe-
Ioël. 1. ta Ioël innuit: Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit, nudans spoliauit eam & proiecit, albi facti sunt rami eius. Plange ergo quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. Perijt sacrificium & libatio de domo Domini, luxerunt sacerdotes ministri Domini. Depopulata est regio, luxit humus, quoniam deuastatum est triticum. Confusum est vinum & elanguit oleum. Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores super frumento, vino & hordeo, quia perijt messis agri. Vinea confusa est, & ficus elanguit. Malogranatum &

pal-

palma & malum & omnia ligna agri aruerunt, quia confusum est gaudium à filijs hominum. Accingite vos & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris. Ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam interijt de domo Dei sacrificium & libatio. Huc vsq; Ioël.

Iterum Esaias propheta in hũc modum plorat: Inebriabo te lachryma mea Esebon & Eleale, quoniam super vindemiam tuam & super messem tuam vox calcantium irruit, & auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit neque iubilabit. Vinum in torculari non calcabit, qui calcare consueuerat, vocem calcantium abstuli. *Esa. 16.*

Hieremias quoq; copiosè fleuit populi iniquitatem, & cor ipsius repletũ amaritudine dixit: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Multi gemitus mei, & cor mœrens, inquit. *Hier. 9.* *Thre. 1.*

Dani. 10. Quid Daniel? quoniam & ille trium hebdomadarum ſpacio lugebat, nec panem deſyderabilem, neq; carnẽ
Dan. 13. neq; vinum guſtans. Suſannæ quoque anus flebant de falſa presbyterorum accuſatione, & ipſa flens in cælũ aſpexit, fiduciam habens in corde ſuo, ſciebat quod DEVS reſpiceret in ima cogitationum, & non derelinqueret clamantes ad ſe. Exemplum habent pij omnes ſi onerantur mendacijs hominum, conſolationis exemplũ, Deus veritatem manifeſtã facit, & iniquos iudices arguit.

Confero me ad pauca noui Teſtamenti exempla: imprimis occurrit & iuuenis & nobilis & formoſa & diues & famoſa in vnguento ſumptuoſa mulier peccatrix in vrbe Magdalena, quæ ſecus pedes ſui Domini & pijſsimi Magiſtri inuenit gratiam, multum diligenti plurima ſunt donata crimina. Cui minus dimittitur, minus diligit. Angeli de cælo gauiſi ſunt de eius reſi-

resipiscentia, præclarè ergo de conuersione eius mater canit Ecclesia:

Pedes amplectitur dominicos, lachrymis lauat, tergit crinibus, lauando, tergendo unguento unxit, osculis circuit. Hæc sunt conuiuia quæ tibi placent, ô patris sapientia. Natus de uirgine qui non dedignaris tangi de peccatrice. A pharisæo es inuitatus, Mariæ ferculis satiatus. Cantus Sponsæ Christi Ecclesiæ.

Multum dimittis multum amanti, nec crimen postea repetenti. Demonijs eam septem mundas septiformis spiritus. Ex mortuis resurgentem das cunctis uidere priorem. Hanc Christe proselitam signas Ecclesiam.

An non contra omnes hæreses & inferorum portas præclara cantio? Producant vnam suo marte compositam similem. Mutuant à nobis plurimos cantus, sed ita transformant, vt seipsos profugos ab Ecclesia defectione extenuant, omnemq; gratiam amittunt, quia vnitatē cōmunis vocis separatione scindūt, miseras cātiones miserè obgannientes, sine spiritu, sine

 men-

mente,ſine lætitia ſpiritus,ſine animæ ſingulari gaudio. Magnum teſtimonium feſtiui gaudij & doni à ſpiritu ſancto Eccleſiæ dati, vt quoties ſemel in anno recurrent hæ proſæ, mira hilaritate & plauſu decantátur. Scio bonos &intelligentes idem ſentire. Cantilenæ extra Eccleſiã quotidiano vſu vileſcunt, & hoc non caret myſterio. Sciunt cordati qui eius rei habet teſtimoniũ & oculis viderũt & auribꝰ audierunt. Beati ergo qui habitant in domo tua Domine,in ſecula ſeculorum laudabunt te. Et benedictus rex regũ diues in omnes,nos ſalua peccatorum tergens cũcta crimina,ſanctorum ſpes & gloria. Hoc de Magdalenæ encomio & Epithalamio, cum ſponſo præ filijs hominum ſpecioſo,à ſordibus emundata, per pœnitentiam amantes copulata,dictum ſit: cuius etiam inſignis vir & caſtus poëta Baptiſta Mantuanus meminit in faſtis, obiter huc adſignari,ſpero ipſis gratum fore, qui Meta-

esse vt ipsũ, Vir reddat vxori debitũ, & vxor viro. Hæc erit trica inexplicabilis. Beatus qui intelliget. Solutus es, non queras vxorem: qui potest capere capiat. Qui in carne sua martyres sũt, macti animo & virtute procedant, coronam accipient. Si immaculati perstiterint in via, ambulantes in lege Domini, veniet citò merces iusta, & victori palma dabitur. Hi sunt qui cũ mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocũq; ierit. Audi philosophos eruditos & sanctos. 1. Cori. 7. Apo. 14.

Vir libidinosus ad omnia inutilis. Xyst. & aliorum Pythago.

Coniugium tibi refutare concessum est, idcircò ut uiuas, indesinenter adhærens Deo.

Adulter propriæ uxoris est omnis impudicus, & amator ardentior.

Libidinem necessariam tanquam non necessariam ducito.

Turpißimæ libidinis ea quidẽ quæ suauia sunt, cito transeunt, probra uerò perpetuo manent.

Castorum uita sit tibi ad honestatis exemplum.

Vestimentum esse puta animæ corpus tuum, mundũ igitur id conserua.

Immunda anima experimentum de Deo non audeat loqui.

Fidelis uir continentia pascitur.

Hoc idcircò liberius protuli, vt conserui in Christo sententiam meam de sacerdotum matrimonio fideles percipiant, instat necessitas, futura est fuga, ne impediare caue, custodi vestimenta tua, ne cum effugies, nudus in fœditate conspiciaris.

Apo.16.

Castitatẽ vobis commendo, & ego eam mihi: exaltatio est humilium, solamẽ mœrentium, decus religionis, multiplicatio meritorum, amica Dei inquit S. Cyprianus, & minoratio criminum. Eam ita diffinit August. Castitas est per edomitas vitiorum furias munda & honesta totius corporis habitudo. Magdalenæ memores fratres DEO vnà mecum supplices estote, vt ardentem Maiestatis suæ dilectionem inspiret, vt nihil nos ab ipsius amore auellat. Voluntas eius est sanctificatio nostra, vt relicta impietate

De 12. abusionibus.

te iam discamus benefacere, in Ioannis lauachra in Iordanis fluēto abluamur, confitentes peccata nostra, vt irā Dei effugiamus. Ego quidem impurus homo sum, fateor, & doleo, oro filium Dei lauet amplius. Eheu nō prætexo excusationes in peccatis, neque glorior in malitia: sed cōtremisco coram Deo, & cæcam fœditatem meam execror, meliora proponens. Ad ea quæ à fronte sunt enitar pro virili, & iuxta præfixum signum nō sequor ad palmam supernæ vocationis, auxilio Dei mei. Cogitabo pro peccato meo. Serpentem æneum conspicio ne morsus ignitorum noceant: faciant qui opus habent. Ego in his lachrymis mæsto me solor cantico, ne excidat quod Mariæ ex gratia Christi euenit. Sed animo tenaci semper inhæreat.

Matth. 3. *Psal. 104.* *Philip. 3.*

Si plorare uelis & amaro plangere luctu
Quæ malè commissa noueris esse diu
Magdalenam imitans, lachrymis absterge reatum,
Ante pedes Domini gratia parta uenit.

Guil. Lo. p pecca.

Cor-

Corda & ſenſus noſtros immenſa Chriſti pungat & emolliat pietas, vt fleamus & doleamus cum fletibus, vt conſolationes accipere mereamur.

Acto.20. Vos ſcitis, inquit Apoſtolus, quomodo per omne tempus vobiſcum fuerim ſeruiens Domino in multis la-
2.Cor.2. chrymis. Item ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lachrymas. Item nocte dieq́ue nõ ceſſaui cum multis lachrymis monens vnumquemque veſtrum. Qui preces cum lachrymis & clamore valido Deo patri in odorem ſuauitatis obtulit Chriſtus IESVS, ipſe nos ſecundum DEVM triſtes, lugentes & flentes in hac lachrymarum valle dignetur efficere, vt pertæſi criminum eiulatu decenti, culpas & diluamus, &
Auguſt. diuus Auguſt. ait, maculas animarum noſtrarum fletibus emundemus. Si autem ſola aqua nõ diluit, addamus miſericordiæ oleum acrimoniamq́; ieiunij. hoc enim genus dæmoniorum

Aſmo-

Aſmodebith Leuiatan &c. non niſi oratione & ieiunio eijcitur. Faciet nos dominus in ſua iuſtitia reuiuiſcere, vt mortē effugiamꝰ æternam, illisq́; per paſſionis dominicæ meritū coniungamur, qui in hoc mundo tonſionibus & preſſuris expoliti lapides, & anxiati flebiliter inceſſerunt duras vias ſatisq́; aſperas, & tranſlati ſunt de laboribus ad requiem, de quorum oculis iam abſterguntur lachrymæ, lætantur & exultant in conſpectu DEI filij altiſsimi, cohæredes Christi, qui cum DEO PATRE IN VNITATE SPIRITVS SANCTI viuit & regnat DEVS, in ſecula ſeculorum, Amen.

Deus meus vitam meam annūciaui tibi, lachrymas meas in conſpectu tuo poſuiſti. Pſal. 55.

Bene-

Benedicite ſacerdotes Domini Domino, benedicite ſerui Domini Domino. Cant 3.

Ne claudas ora te canentium Deus noſter. Heſter. 13.

Εἰ πλέον εἶχον, πλέον ἐδίδουν, id eſt, Si plus haberem plus darem. Græculi ſententia coram Auguſto Imperatore.

Philip. 3.
Ad ea quæ à fronte ſunt enitar.

FINIS.